Attēde diligēter & credas quoniā est sentētia cōmunis sapientū in astronomia ut supra claruit: q̄ nō solū ecliptica ītelligat in sphæra octaua & zodiacus: sed etiā ī sphæra nona & decima: eo modo diuisus ī duodecim partes q̄tū in lōgitudine xxx. graduū:& duodecim in latitudine: quæ signa zodiaci nonæ & decimæ nominant eisdē nominibus qbus uocātur signa zodiaci octauæ sphæræ:& secūdū illū ordinē situata: uerūtamē nō sūt ī ipsa sphæra nona uel decima stellæ alique. Sed dicūt opinātes q̄ in ipsa sint karacteres & lineatōes q̄dā imaginū nō ita apparētiū nobis: ex numero quarū duodecim cōstituūt ipsa signa quæ silr̄ habent ifluere in hāc machinā elemētarē:& plurimæ aliæ cōfiguratōes occultæ sparsæ ꝑ ipsū orbē nonū & decimū multarū ꝓprietatū atq; uirtutū. Dixerūtq; persarū astronomi & īdorū aliarūq; nationū aliquas istarū ꝑcipi a uisu efficaci & acutissimo certis tēporibus:& in clarissima noctis serenitate in regionibus suis & mōtibus existētes:& qbus cōcessū est uel reuelatū: quas karacteres ipi attribuūt angelis orbiū planetarū atq; stellarū: sub qbus characteribus & nominibus angelorū atq; cōstellatōibus homines experimētatores & ipsarū cultores ex ueteribus cōflabāt in metallis aut in es: uel lapidibus electis sculpebāt: uel sigillabāt cerā argillam: aut speciē gūmi: aut imagines depingebāt uariarū formarū & materierū:

quas obſeruabant Ptolæmeus egyptius: & Thebit bencorat: & q̄ plures etiam græcorꝫ ueterꝫ hipocras & romani: ex quorꝫ numero fuerit Virgilius: nec opus eſt oēs adducere: horꝫ ſufficiat auctoritas & eorꝫ q in arte notoria ſcripſerūt. At/q; legimus q; in regione dānatorꝫ iueniūtur characteres atq; figuræ ifernales: & nomina pricipū diabolorꝫ p formādis imaginibus ad laſciuiā: diſcordiā: homi/cidia occulta: egritudines itroducēdas: & ad auaritiā & mūdanorꝫ bonorꝫ cupi/ditatē: & quæ ad alia mala ordinātur: quæ nō angeli boni ſed aſtuti diaboli re/uelauere hominibus: ut in arte magica abhominabili & quæ de faſcinatiōibus in ſcriptis redacta ſunt multifarie iueniūtur. Vtinā nec fierēt nec crederētur hu/iuſmodi quæ ad pnicié deducūt æternā: & caligino ſi ignis gehēnā: has fieri ſem/per ꝓhibuit deus ſed iubēt malefici. Et ſunt q putāt ea quæ cōtra uenena: mor/bos: ignē: fulgura: ꝓcellas: latrones: hoſtes: odia: feras: ſerpētes: ſcorpiones: mu/res: tineas: & eiuſmodi fieri cōſueuerūt: aut ad ſapiētiā: eloquētiā: concordiā: ui/ctoriam: amicitiā: uenationē: uel piſcationē: theſauri occulti iuētionē & ſimilia facere uidētur: nō eē dānāda uel negligēda: cū aderit cōſtellatio ſub qua fieri cō/ueniat: exiſtimātes hæc ueluti naturalia & q̄ſ medicamina a bonis angelis reue/lata. tutius iudico etiā quæ ad bonū finē uel honeſtū dirigere apparēt eſſe ꝑter/mittēda: ſaluo ſemp cōſilio meliori ſi me fefellit opinio. Cū uero ſimiliū chara/cterꝫ deſcriptōes uariæ ſint & pictorꝫ errore atq; ſcriptorꝫ corruptæ habeāt: & ad corrigēdū nullā regulā iueniamus: atq; uideant quoquo modo ꝓhibitæ: ne credētes angelica ſignare diabolica ſcribamus: eas omittimus & ad ſtellarꝫ ima/gines & alia ꝑcipue i ſphæra octaua diſſeminata accedamus ita inquiētes. Sūtq; ſtellarꝫ fixarꝫ numerus: magnitudo atq; ſocietas. Numerꝫ earꝫ nemo capit: licet aratus falſæ iactauerit ſe oēs ſtellas cōnumeraſſe: multæ nāq; ſūt quæ uiſu nō ꝑ/cipiunt. Aſtronomi uero pſes primi & idi & egyptii ualde conati ſūt eas ſape & abrachiſ & thinocaris ante tps Ptolæmei: ſed ſolū mille & duaſ & uigīti notaue/re fortaſſe efficatiores ꝓprietatū naturarūq;: q̄s ipe Ptolæmeus cōnumerat atq; deſcribit. Cuius q̄teq; ſint lōgitudinis & latitudinis unaquæq; ipaꝝ nec legi cu/iuſq̄ librū q ꝑter has ſtellas fixas alias denotaret. In magnitudine uero earꝫ limi/tatæ ſūt ſex differētiæ uel graduatōes: quoniā quæ ſplēdidiores & maiores eēnt ad primū ordinē referūt: & ſt. xv. numero: & quæ ordinis ſecūdi qa minus lucē/tes atq; minores ſūt numero. xlv. & tertii ordinis numero. cc. & octo: & q̄rti or/dinis numero. cclxxiii. & qnti ordinis numero. cc. & decē & ſeptē & ſexti ordis numero. cc. & xl. & nouē: ꝑter has ſūt qnq; quæ nebule aſſimulant: iō nebule ap/pellāt: & nouē obſcuriores quæ noiant tenebroſæ: q̄ꝝ una ē oblōga tā q̄ cauda. Societas uero ſeu ſtellatio ē aggregatio duarꝫ uel pluriū ſtellarꝫ fixarꝫ ad aliquē finē ordinata q̄ cōi noīe uocāt imago uel forma: eo q; ſortit nomen formæ uel imaginē alicuiuſ rei corporeæ notæ. Nec tenēdū ē: q ſtellarꝫ ſciam adepti fuerūt ipos credidiſſe tales figuras corporeas i cælo actu cōſtare: aut eorꝫ formas colo/ribus tictas quales narrauerūt. Sed qa cognouerūt a uariis cæli partibus uarios cōſequi effectus in hac elemētari regione: & illas quodāmodo conſequi figuras

consimiles illis impinxerũt imaginationibus suis: ut discẽtes attraherẽt & idio/
tas respuerent: itelligentes uero firmarẽt: diuersimode multiformiterq; imagi/
nati sunt. Sed q̃sdã famosas posteris derelictas i scriptis suis cõmemorabimus.
Nã chaldei antiquissimi & perses: indi: ægyptii atq; græci posteriores pscrutato
res maximi fuerũt astroꝝ: quos moderni tandẽ imitati sunt nil penitus adiiciẽ
tes i numero & eẽ illaꝝ potissime quas Aratus & Ptolemæus scripserũt. Et pri/
mo cõuenerũt q; quadragita & octo sunt stellatões uel imagines in sphæra octa
ua: extra quas sunt iteꝝ stellæ plurimæ quæ nõdũ sub forma sũt limitatæ. quas
ut ex libris Ptolomæi proprie accepimus succicte narrabimus q̃tũ proposito sa
tisfacere uiderimus. Qui uero desiderauerit particularius scire eaꝝ stellaꝝ noĩa
situs ordinesq;: ad ipsius tabulã se cõuertat. Verũtamẽ a uariis nationibus attri/
buta sunt eis nomina differentia atq; diuersæ formaꝝ lineatões excogitatæ: sed
nec stellatões nec stellaꝝ loca nec ordinẽ mutauere. Nã eisdẽ stellis aliq uulturẽ:
alii aquilã assignãt. Et aliis similiter stellis: qdã iaculũ: quidã sagittã accomodãt.
Vocauerũt aũt has imagines nominibus animaliũ uel reꝝ nõ animataꝝ corpo
reaꝝ: aut quia habere uideant aliquã similitudinẽ cũ re a qua denominant: uti
corona quæ ex stellis i circulo cõsistẽtibus apparet: aut eo q; pprietatẽ habet illi
similẽ uel ifluẽtiã sup ipsã rẽ ut fluuius sup aquas: scorpio sup scorpiones: piscis
sup pisces: uirgo sup uirgines uel steriles & reliqua: & si nõ cõsequat figura ipius
rei. Duas. n. stellas i certa pte cæli sitas canẽ uocãt: & certe nulla lineatio cũ dua/
bus stellis fieri põt quæ formæ canis sit similis: figurã tamẽ canis illis circũscri/
bũt: ita uariis nominibus uarias imagines lineauere. Has & alias expimẽtatores
obseruant ut diximus expta uolẽtes naturales effectus & efficatias stellaꝝ. Eaꝝ
uero q̃dragita & octo imaginũ stellaꝝ duodecĩ sũt prĩcipales q̃s p signis zodiaci
statuerũt: & per eas omnis planæte perãbulãt. Et licet q̃libet istaꝝ duodecim po
natur pro uno signo lõgitudinis. xxx. graduũ: pcise attamẽ imagines ipse nõ sũt
omnes æquales. Nã aliqua eaꝝ secũdũ partẽ trãscẽdit latitudinẽ zodiaci: quædã
protẽditur ultra gradus. xxx. alia icurtatur ĩfra præfatũ numeꝝ signi. Itẽ ex ipis
sũt quæ ex pluribus & quæ ex paucioribus stellis fiũt: manifestabitur. hoc fit le
gendo quæ iam subscribemus: quoniã omniũ stellaꝝ & formã ipsaꝝ imaginũ
xlviii. secundũ cõmunẽ opinionẽ exponere nunc intẽdimus. He itaq;. M. xxii. in
xlviii. imagines omne cælũ permeãtes posite sunt quas gẽtes fabulose nominãt
diuersis nominibus. Hoc aũt ordine secundũ arabes disponũtur. iter utrũq; po
lũ ex oĩbus. M. xxii. stellis fixis. ccclx. a uia solis ad boreã sumptæ figuras. xxi. cõ/
stituũt. Ex qbus sunt primo loco & arctos. i. ursa maior cherice: minor uero ci/
nosura uocatur. Tertia figura uocatur draco medius iter illas. Quarta flãmiger
qui cepheus dicitur. v. cassiopeia. vi. corona. vii. hercules qui & nixus dicitur: & a
quibusdã engonasis appellatur. viii. ledẽs olor q uultur cadens dicitur. ix. pleides
siue gallina. x. arthophilax siue boetes quã arabes pastorẽ uocãt. solet etiã arctu/
rus uocari. Sed & ursos arctos nõnulli appellãt. xi. perseus cum capite gorgonis.
xii. auriga siue agitator. xiii. anguitenens quã græci ophnicũ dicunt. xiiii. ipse an/

guis.xv.Sagitta quæ & iaculū.xvi.aquila quæ etiã uultur uolãs dicitur.xvii.delphin.xviii.equus primus.xix.equus secundus.xx.andromeda.xxi.deltatõ.triangulus. Stellæ uero.cccxlvi.in ipsa uia solis.xii.signa zodiaci cõstituunt.Reliquæ.cccxvi.ad austrũ segregatæ.xv.figuras perficiũt.Quarũ prima est magnus cetus.Secunda gladio succinctus orion.Tertia nili ueleridani fluuius.Quarta lepus.v.canis maior.vi.canis minor siue canicula.vii.argos nauis.viii.ara.ix.crater.x.appollineus coruus.xi.chiron siue cẽtaurus.xii.hidra.xiii.thuribulũ.xiiii.australe sertũ.xv.piscis australis. Quæ signa quibus circulis diuidantur.

A rcticus circulus secat caput dracõis: pectus cephei: pedes ursæ maioris: sedile cassiopeie & pedes eius: dextra genu herculis & manũ boetis sinistrã. Aestiuus intersecat capita geminorũ: agitatoris genua: perſei crus & humerũ sinistrũ. andromedam a pectore & manu sinistra: ita q̃ caput eius cũ pectore & manu dextra sit inter æstiuũ & arcticũ. Item pedes pegasi & caput: signi ophnici humeros & uirginis caput prope tãgens: quæ scilicet uirgo constituta est iter hunc & æquinoctialẽ: leo a pectore usq̃ ad lũbos iter hũc & arcticũ: reliquũ crus inter hunc & æquinoctialẽ. Item totũ cancrũ in lõgitudine secat. per mediũ æquinoctialis iterſecat omnes pedes arietis: genua tauri: orioné precingens: tertiã partẽ hydræ: craterã: coruũ: libram etiã tãgit: genua ophnici: sinistrã alam aquilæ & caput equi pegasi cum ceruice sua. Hiemalis capricornũ mediũ diuidit & pedes aquarii & caudã pistricis & pedes leporis & pedes canis maioris: puppi nauis: cẽtauri humeros: acumẽ quoq̃ caudæ scorpionis & arcũ sagittarii. Antarcticus secat fundũ nauis: pedes centauri posteriores fere tãgens: priores basimaræ & extremum heridani fluminis. Galaxia primo transit per sinistrã alam cigni: per sinistram manũ perſei: sinistrũ humerũ agitatoris & manus eius: genua geminorũ: pedes canis minoris: ibi transiens æquinoctialẽ tangit summitatẽ mali i naui: & inde reuertens tangit & iterſecat genua centauri & acumẽ caudæ scorpionis & arcũ sagittarii mediũ: pertransiens pennas aquilæ: & inde reuertitur ad principiũ scilicet ad sinistram alam cigni. Colurus æquinoctialis ab ipso signo arietis inchoatus & uersus polũ arcticũ protensus cõtigit ultimũ deltotes angulũ: summumq̃ caput perſei: dextrũ eius brachiũ & manũ secans per arcticũ circulum uenit ad polũ: inde per caudã draconis ad sinistrã boetis dextrã uirginis tãgit pedẽ: finit per dextram manũ centauri quæ hostiã tenet: per corpus ceti: per ceruicẽ canis ad principiũ redit suum. Colurus solstitialis a cancro incipiens ad sinistrã ex prioribus maioris ursæ pedẽ per pectus eius ad ceruicem uenit ad polum: inde per cluues minoris ursæ per draconẽ ad sinistrã alam cigni ceruicẽq̃ ductus ultimã sagitte spiculũ & rostrũ aquilæ tangit: in capricornũ descendens consurgit infra argonẽ cuius gubernaculũ & puppim secans ad primum redit.

Vt autẽ predictorũ imaginũ facilius habeatur cognitio: ipsas inferius sub sensu descripsimus secundũ traditionẽ maiorũ. Hec igitur est forma sideũ sicut nobis reliquerunt antiqui astronomi. Aries in coniunctione zodiaci & æquatoris est positus dorsum habet ad boreã: caput eius cõuertitur ad ortũ: cui super

ponitur celtos: oritur a capite sed pedibus occidit. Taurus econtra caput habet occidétale depressum quasi ad terrá deflectere uideatur. Hic auersus oritur & occidit. Gemini habét capita ad boreá: iúctisq; dorsis hincide mébra distédút: ipsi inuicé ut cõplexi se mutuo tenét. Oriútur ut iacétes seu iclinati: occidút uero a pedibus. Cácer respiciés leoné pedes porrigit uersus polú utrúq;: & uenter eius respicit terrá: oritur aút & occidit a posteriore corporis parte. Léo respiciens cácrú dorsum ad boreá habet: oritur & occidit a capite. Virgo caput habet post leoné: & dextera manu tangit circulú æquinoctialé quæ & spicas tenet: oritur & occidit a capite. Chele siue libra quæ est prima pars scorpionis est borealis eclipticæ: & habet duas láces quarum una dicitur australis & altera borealis. Scorpio respiciés uirginé pedes porrigit uersus polú utrúq;: & caudam reflectit uersus boreá: & uenter respicit terrá: oritur rectus sed occidit corpore curuato. Sagittarius caput habet uersus boreá: respicit scorpioné porrigés sagittá & arcú: & arcus tágit manú sinistrá & pedé sinistrú: hic rectus oritur & preceps occidit. Capricornus habet dorsum uersus boreá & caput uersus sagittariú sed cõuersú uersus aquariú: oritur directus sed occidit preceps. Aquarius caput habet uersus boreá: manú sinistrá extédit supra dorsú capricorni: & dextra effundit aquá urna: quæ usq; ad imaginé pisciú decurrit: & tendit ad ortú: qui cú ita figuratur necesse est eú corpore iclinatú uideri: oritur & occidit caput prius ceteris membris. Pisces sunt duo: dorsum primi est borealis: & dorsum secundi est uersus brachium andromedæ occidétale: & unus respicit aquarium: & alter boream: Estq; cõmissura: idest lineola quedá qua quasi quodá úinculo alligantur inter caudas amborum: inferior primus uidetur oriri & occidere.

SEquuntur figuræ septentrionales.

Vrsa minor qui secúdú nostrú sitú totus apparet: habet caput ad occidéte & uentré uersus polú zodiaci: & habet polú arcticú in femore eius. Vrsa maior modo ecõuerso se habet ad orienté & dorsum uersus polú zodiaci. Draco facit duos nodos reflexionú circa polú zodiaci diuidés cú cauda duas ursas dirigens caudá ad orienté & caput ad occidenté. Hercules ponitur inter duos circulos arcticú & æstiuú utrisq; pedibus & genu: unde & in geniculo stare dicitur: sinistro pede caput draconis præmit: humeris & manu dextra erectus q̃ & clauum tenet: æstiuum sustinés leuatú pelle leonis medio iteruallo iter æstiuú circulú & genu sinistrú extédés: brachiaq; hinc inde tédes respicit faciem serpétarii. Oritur libra surgéte quátú ad pedé eius dextrú: deide reliquis mébris scorpione oriéte preter manú sinistrá quæ oritur cú sagittario. Occidit aút prius a capite quasi pédés pedibus ex circulo arctico & hoc leone surgéte. Artophilax siue Boetes hic post tergú maioris ursæ uidetur: huius manus sinistra se habet ita ut apud nos nec oriť nec occidit. pedes dirigit super uirginé: & hinc ide extédés brachia in duo: tenés caput sub pede dextro herculis respicit ursá maioré: habens uelamé pudédoz: & in manu dextra quasi y grecá litterá triuiá secúdú mores uitæ humanæ. Serpentarius respicit faciés herculis & dirigit pedes sup scorpioné: tenetq; manibus

anguẽ ſiue ſerpẽté:& quaſi ipſo anguẽ cinctus figuraſ.Cuius ſerpẽtis caput diri
gitur ad oriẽté ad parté ſiniſtrã ſerpẽtarii:ſed cauda habẽs reflexioné ſeqtur re/
tro.Cũ cauda aqlæ oriſ cum ſcorpione & ſagittario:occidit aũt uſq; ad genicula
dũ gemini oriuntur:dũ uero ſurgit cãcer occidit a genibus uſq; ad humeros:&
ſerpẽs quẽ tenet deſcẽdet uſq; ad fauces:cũ ortu uero leonis cõpleſ.Corona ĩter
ſiniſtrũ humeꝝ boetis & talcem dextri pedis & herculem poſita capiti ſerpẽtis
quod tenet ophnicus appropíquat.Cũ ſcorpione oriſ:occidit aũt oriẽtibus cã/
cro & leone.Sagitta ſub cigno ſup ſignũ aqlæ collocata acumẽ eius ad pedeſ:alte
ra pars ad humeros ophnici tẽdit:oriſ cũ capricorno:occidit aũt uirgine aſcẽdẽ
te.Aqla uẽtré habet uerſus cælũ ad boreã:& faciẽ uerſus delphinũ:ſiniſtrã alam
nõ lõge a capite ophnici:oriſ cũ capricorno:occidit aũt ſurgente leone.Delphi/
nus habet caput ad boreã:& caudã ad auſtꝝ:& dorſum ad aqlã.Oriſ cum poſte
riore parte ſagittarii:occidit aũt a capite dũ uirgo ſurgit.Pleiades ſiue gallina ex/
pãſis alis & pedibus utrĩq; habet caput in ſigno capricorni:& cauda finit ĩ ſigno
piſciũ:& eius uẽter reſpicit terrã.Lyra orphaica poſita ẽ ĩter leuũ crus & manũ
ſiniſtrã herculis:cuius ipſa teſtudo circulũ arctiçũ ſpectat:cacumẽ uero ad æſti/
uum circulũ cõſcẽdere uideſ.Oriſ cũ ſagittario:occidit aũt uirgine aſcendente.
Equus duplex uterq; uẽtrẽ habet boreale:& in dorſo ſecũdi equi qui & pegaſus
dicitur ſupereminet ala.idem depingitur corpus habẽs uſq; ad umbilicũ defor
matũ:unde & pedes poſteriores nõ habet:& ſtella huius ſequẽtis:eſt etiã andro
medæ caput.oritur cũ aquario.Occidit cũ piſce priore qui ſuper tergũ eius ſitus
eſt.Andromeda habet caput in equo alato qui ei ſuppoſitus eſt ligatũ ĩ ſcita:&
dirigit manus utrĩq;.Oriſ pars dextera eius cũ piſcibus:ſiniſtra cũ ariete:occidit
aũt prius capite q̃ ceteris mẽbris:& hoc cũ piſce qui ſub brachiis eius iacet:orie/
tibus uidelicet libra & ſcorpione. Cepheus habet caput in ariete:& porrigens
utrĩq; mẽbra:ponit pedes in tauro exiſtẽs iuxta draconẽ:& habet ĩ capite pileũ:
& arctico includitur circulo:ita ut preter humeros & caput eius nihil occidat
Oritur caput eius cũ humeris ſagittarii aſcẽdẽtibus:occidit aũt ſcorpione ſurgẽ
te.Caſſiopeia ſedet in cathedra & ĩclinata facie & corpore reſpicit auſtrũ:& ha/
bet caput in ſigno arietis:& pedes in ſigno tauri:oriſ cũ ſagittario:occidit reſupi
nato corpore ſcorpione ſurgẽte:Perſeus habet caput ad boreã & hinc inde diri/
gens membra dirigit pedes ad auſtrũ:& ad latus eius ſiniſtrum eſt caput gorgo
nis quod ſiniſtra manu tenet reſpiciens terram habens uerticem boreale ſub/
tus ſiniſtro femore pleiades apparent:dextro pede caput aurigæ premit.Oritur
rectus quia caput eius uſq; ad aluũ arietis ſurgentem aſcendit:occidit autẽ incli
natus ad caput oriente capricorno & ſagittario:huius caput & gladio ſunt ſine
ſideribus.Erictonius ſiue auriga qui & agitator ſiue cuſtos caprarum immo &
hircus dr hic ut loram tenens figuratur iuxta leuum latus geminoꝝ:eſt in tau
ro:& habet caput ad boream: & ſparſis hinc inde membris tãgit cum pede dex
tro cornu tauri boreali:ut ſit uterque ſtella communis:& hæc ſunt omnia ſide
ra borealia decem & octo. Figuræ Auſtrales.

Cetus siue pistrix in parte australi: habet caput in tauro: & caudam in piscibus: & rostro suo fere posteriorem partē arietis tāgit: & uētrē habet ad austrū: & pectus eius est iuxta fluuiū eridani. Orion habet caput ad boreā: & sparsim hinc inde mēbris eleuat brachia: manu dextra clauā tenēs cū tauro decertare uidet: & tenet pharetrā manu sinistra: accinctusq; ense: habet stella cōmunē pedis sinistri & eridani fluuii. Itaq; eridanus fluuius īcipiēs a pede sinistro orionis ī signo geminorū uadit ad pectus ceti in ariete: & reflectit in signo arietis. Lepus existēs in signo geminorū caput habet ī pricipio geminorū & caudā in fine & uētrē australē: sinistrū pedē orionis fugiēs. Canis maior siue australis caput habet ad boreā & uētrē uersus leporē. Canis minor siue septētrionalis iter geminos & taurū cōstitutus: habet uētrē ad austrū & caput uersus pricipiū cācri. Nauis argos fūdū habet ad austrū & puppim ī signo cācri: & desinit iperfecta ī signo uirginis: & maioris canis caudā tāgit. Hydra habēs caput in cācro: finit cauda ī libra: & habet reflexionē in collo: uentrē habet australē: & fert ciphū in dorso sup primā curuaturā. Coruū etiā cū duabus alis erectis dorso īcūbentē sustinet: cuius caput est uersus caput hydre. Cētaurus describit anterius hō cū clipeo: & posterius equus: hostiā dextra manu tenet quæ pātera dicit: & habet caput boreale: & uētrē uersus signū libræ: respiciēs lupū. Lupus habet uētrē uersus cētaurū & caput australe. Āra siue focus existēs in signo sagictarii habet ignē in pte occidētali: cuius flāma ascēdit supra flumē eiusdē uersus austrū. Et hæc sunt signa australia. xiii. Sūt itaq; oīa sydera cæli. xlviii. secūdum modū antiquorū. Numerū aūt stellarū & sitū in earū imaginibus ex tabulis ad hoc ordinatis ut alphōtii & ex hignio facile cognoscēs. Et scito q; stella est pars dēsior sui orbis: figuræ rotūdæ: & ideo lucet sicut diaphanū condensatum: & galaxia est pars lucida magis inter partes sui orbis: etiam sicut in stellis quasi densior est q̄ reliquæ partes. Sic quoq; partes lunæ non sunt uniformiter lucidæ. Dicimusq; q; non apparēt nobis umbræ per lucem alicuius corporis cælestis tātum q̄ per corpora quæ sunt magis lucifera cunctis cælestibus: scilicet lunæ ueneris & solis.

DE ortu & occasu signorum: de diuersitate dierum & noctium: & de diuersitate climatum. ¶ Capitulum tertium.

Signorū ār ortus & occasus duplr accipit: quoniā q̄tū ad poetas. & q̄tū ad astronomos. Est igr ortus & occasus signorū quo ad poetas triplex .s. cosmicus: chronicus & eliacus. Cosmicus. n. ortus siue mūdanus ē quādo signū uel stella supra orizōtē ex pte orietis de die ascēdit. Et licet ī q̄libet die artificiali sex signa sic orianr: tamē antonomasice signū illud dr cosmice oriri cū quo & ī quo sol mane orit. Et hic ortus pprius & pricipalis & quottidianus dr. De hoc ortu exēplū ī georgicis habet: ubi docet satio fabarū & similī ī uere sole existēte ī tauro sic. Cādidus aurātis aprit cū cornibus annū Taurus. & aduerso cedēs canis occidit astro. Occasus uero cosmicus ē respectu oppositoīs. .s. quādo sol orit cū aliqūo signo: cuius signi oppositū occidit cosmice. De hoc occasu dicitur in georgicis. ubi docetur satio frumenti in fine autūni sole





existente in scorpione: qui cum oriatur cum sole: taurus signi eius oppositū ubi
sūt pleiades occidit: sic. Ante tibi eoe atlantides abscōdant: Debita q̄ sulcis cōmit-
tas semina. Chronicus ortus: siue téporalis est quādo signū uel stella post solis
occasum supra horizonté ex parte oriétis emergit chronice. s. de nocte: & dicit
téporalis: quia tépus mathematicoꝝ nascitur cū solis occasu. De hoc ortu habe-

mus in Ouidio de ponto: ubi conqueritur
morā exilii sui dicens. Quatuor autūnos
pleias orta facit. Significās per quatuor au-
tūnos q̄ [illegible] quatuor annos trāsisse
postquā missus erat in exiliū. Sed Virgilius
uoluit in autūno pleiades occidere: ergo cō
trarii uidētur. Sed ratio huius est q̄ secun-
dum Virgiliū occidūt cosmice. Secundum
Ouidiū oriuntur chronice: quod bene po
test contingere eodē die. Sed differenter ta
men: quia cosmicus occasus est respectu té
poris matutini. Chronicus uero ortus re-
spectu uespertini est. Chronicus occasus é
respectu oppositionis. Vnde lucanus sic in-
quit. Tūc nox thessalicas urgebat parua sagittas. Heliacus ortus siue solaris: é quā-
do signū uel stella uideri potest p̄ elōgationé solis ab illo: quod prius uideri nō
poterat solis propinquitate. Exemplū huius ponit Ouidius in libro de fastis sic.
Iam leuis obliqua subsedit aquarius urna. Et Virgilius in georgicis. Gnosiaq̄ ar
dentis descendit stella coronæ. Quæ iuxta scorpioné existens nō uidebatur: dū
sol erat in scorpione. Occasus heliacus est quā
do sol ad signum accedit: & illud sua præsen
tia & luminositate uideri nō permittit. Hu-
ius exēplū est in uersu præmisso scilicet. Tau
rus & aduerso cēdēs canis occidit astro.



DE ortu & occasu signorum. Secundum astrologos.

Sequitur de ortu & occasu signorum put sumūt astronomi: & prius ī sphæra recta. Sciēdū é q̄ tā ī sphæra recta q̄ obliq̄ ascēdit æqui
noctialis circulus semp uniformiter. s. ī tpi-
bus æq̄libus æq̄les arcus ascēdūt. Motus. n.
cæli uniformis é: & angulus quē facit æqui-
noctialis cū horizōte obliquo nō diuersifica
tur ī aliquibus horis. Partes uero zodiaci nō de necessitate habēt æq̄les ascensio-
nes ī utraq̄ sphæra: qa q̄to aliq̄ zodiaci p̄s rectius oriē: tāto plus tpis ponit in suo
ortu. Huius signū é: quia sex signa oriunt ī lōga uel ī breui die artificiali: similr &.

in nocte. Notandū igitur q̄ ortus uel occasus alicuius signi nihil aliud est q̄ illā partē æquinoctialis oriri quæ orit cū illo signo oriēte: uel descēdēte supra horizōtē: uel illā partē æquinoctialis occidere q̄ occidit cū altero signo occidēte. i. tēdēte ad occasum sub horizōte. Signū aūt recte oriri dicit cum quo maior pars æquinoctialis orit: oblique uero cū quo minor. Silr etiā intelligēdū ē de occasu. Et est sciēdū q̄ ī sphæra recta q̄tuor q̄rtæ zodiaci ichoatæ a q̄tuor pūctis: duobus. s. solstitialibus & duobus æquinoctialibus adæquātur suis ascensionibus: idest quātū tēporis cōsumit q̄rta zodiaci in suo ortu: in tāto tēpore q̄rta æquinoctialis illi cōterminalis oritur: sed tamē partes illarū q̄rtarū uariātur. neq; habēt æq̄les ascēsiones: sicut iam patebit. Est. n. regula: q̄ qlibet duo arcus zodiaci æq̄les & æqualiter distātes ab aliquo quatuor pūctorū iam dictorū æquales habēt ascēsiones. Et ex hoc sequit q̄ signa opposita æquales habēt ascensiones. Et hoc est quod dicit Lucanus loquēs de processu Catonis in Libyā uersus æquinoctialē. Nō obliqua meant: nec tauro rectior exit Scorpius: aut aries donat sua tēpora libræ. Aut astrea iubet lētos descēdere pisces. Par geminis chiron: & idem quod charcinus ardēs. Humidus æglocēros: nec plus leo tollitur urna. Hic dicit Lucanus q̄ existentibus sub æquinoctiali signa opposita æquales habēt ascēsiones & occasum. Oppositio autē signorū habetur per hunc uersum. Est li. ari. scor. tau. ſa. gemi. capri. can. a. le. pis. uir. Et notandū q̄ nō ualet talis argumentatio. Isti duo arcus sunt æquales: & simul incipiūt oriri: & semp maior oritur de uno q̄ de reliquo: ergo ille arcus citius perorietur cuius maior pars semp oriebatur. Instātia huius argumētationis manifesta est in ptibus prædictarū q̄rtarū. Si. n. sumat q̄rta ps zodiaci: q̄ ē a pricipio arietis usq; ad finē geminorū: sp maior ps orit de q̄rta zodiaci q̄ de q̄rta æqnoctialis sibi cōterminali: & tamē illæ duæ q̄rtæ simul poriūt. Idē itellige de q̄rta zodiaci quæ est a pricipio libræ usq; ī finē sagittarii. Itē si sumat q̄rta zodiaci quæ ē a pricipio cācri usq; ī finē uirginis: sp maior ps orit de q̄rta æqnoctialis q̄ de q̄rta zodiaci illi cōterminali: & tamē illæ duæ q̄rtæ simul poriunt. Idē itellige de q̄rta zodiaci quæ ē a primo pūcto capricorni usq; ī finē piſciū. In sphæra aūt obliq̄ siue decliui duæ medietates zodiaci adæquāt suis ascēsionibus. Medietates dico quæ sumūt a duobus pūctis æqnoctialibus: qa medietas zodiaci: q̄ ē a pricipio arietis usq; ī finē uirgis orit cū medietate æqnoctialis sibi cōterminali. Silr alia medietas zodiaci orit cū reliq̄ medietate æqnoctialis. ptes ātillarū medietatū uariāt scdm suas ascēsiones: quoniā in illa medietate zodiaci: q̄ ē a pricipio arietis usq; ī finē uirgis: sp maior ps orit de zodiaco q̄ de æqnoctiali: & tamē ille medietates simul poriūt. Ecōuerso cōtigit ī reliq̄ medietate zodiaci: q̄ ē a pricipio libræ usq; ad finē piſciū: sp. n. maior ps orit de æqnoctiali q̄ de zodiaco: & tamē illæ medietates simul poriūt. Vnde hic patet instātia fcā manifestior cōtra argumētationē supius dictā. Arcus aūt q̄ succedunt arieti usq; ad finem uirginis in sphæra obliqua minuunt ascensiones suas supra ascēsiones eorūdē arcuū in sphæra recta: quia minus orit de æquinoctiali. Et arcus qui succedūt libræ usq; ad finē piſciū in sphæra obliq̄ augēt ascē-



ſiones ſuas ſupra aſcéſiones eorũdé arcuũ ĩ ſphæra recta: quia plus oriẽt de æqui noctiali. Augẽt dico ſecũdũ tãtã q̃titaté in q̃ta arcus ſuccedẽtes arieti minuũt. Ex hoc patet q̃ duo arcus æq̃les & ôpoſiti in ſphæra decliui habẽt aſcéſiones ſuas iũctas æq̃les aſcéſionibꝰ eorũdé arcuũ in ſphæra recta ſimul ſũptis: quia q̃ta eſt diminutio ex una pte: tãta é additio ex altera. Licet. n. arcus iter ſe ſint æq̃les: tamẽ q̃tũ unus minor eſt tãtũ recuperat alius. & ſic patet adæq̃tio. Regula quidẽ eſt ĩ ſphæra obliq̃ q̃ quilibet duo arcus zodiaci æq̃les & eq̃lr diſtãtes ab alterutro pũcto æquinoctialiũ æquales habẽt aſcéſiones. Ex prædictis etiã patet q̃ dies naturales ſunt inæq̃les. Eſt. n. dies naturalis reuolutio æquinoctialis circa terrã ſemel cũ tãta zodiaci pte q̃ta iterim ſol ptranſit motu pprio cõtra firmamẽtũ: Sed cũ aſcéſiones illoꝝ arcuũ ſint iæq̃les: ut patet p p̃dicta tã in ſphæra recta q̃ in obliq̃: & penes addita/méta illaꝝ aſcéſionũ cõſideretur dies naturales: illi de neceſſitate erũt iæq̃les. in ſphæra recta ppter unicã cauſã. ſ. ppter obliquitaté zodiaci. In ſphæra uero obliqua ppter duas cãs. ſ. ppter obliquitaté zodiaci: & obliquitaté horizõtis obliqui. Tertia ſolet aſſignari cã. ſ. eccétricitas circuli ſolaris. Et nota q̃ duplex é motus ſolis. unus quẽ facit quotidie & ſp cũ firmaméto. ſ. raptu firmaméti & ſic quotidie cũ firmaméto uoluit. Vnde quãdo uolũit ab uno pũcto firmaméti: quouſq; firmamẽtũ ſit cõuolutũ: tũc ĩ pricipio diei ſequẽtis nõ erit ſol ĩ eodẽ pũcto: ſed pceſſit fere uno gradu. Notãdũ ét q̃ ſol tẽdẽs a primo pũcto capricorni p arieté uſq; ad primũ pũctũ cãcri: raptu firmaméti deſcribit. clxxxii. paralellos: q̃ ét paralelli: & ſi nõ oĩno ſint circuli ſed ſpiræ cũ tamẽ nõ ſit ĩ hoc error ſẽſibilis: ĩ hoc uis nõ cõſtituat: ſi circuli appellẽt: de numero quoꝝ circuloꝝ ſt duo tropici: & unus æquinoctialis. Itẽ iã dcõs circulos deſcribit ſol raptu firmaméti deſcẽdẽs a primo pũcto cãcri p libraã uſq; ad primũ pũctũ capricorni. Et iſti circuli dieꝝ naturaliũ circuli appellãt. Arcus aũt q ſũt ſupra horizõtẽ ſũt arcus dieꝝ artificialiũ. Arcus uero q ſũt ſub horizõte ſũt arcus noctiũ. In ſphæra igr recta cũ horizõ ſphæræ rectæ trãſeat p polos mũdi: diuidit oẽs circulos iſtos ĩ ptes æq̃les. Vnde tãti ſũt arcus dieꝝ: q̃ti ſt arcus noctiũ apud exiſtẽtes ſub æqnoctiali. Vnde patet q̃ exiſtẽtibus ſub æqnoctiali ĩ q̃cũq; pte firmamenti ſit ſol é ſemp æquinoctiũ. In ſphæra aũt decliui horizõ obliquus diuidit ſolũ æquinoctialé in duas partes æquales. Vnde quãdo ſol eſt in alterutro pũctoꝝ æquinoctialiũ. tũc arcus diei æquat arcui noctis: & eſt æquinoctiũ ĩ uniuerſa terra. Oẽs uero alios circulos diuidit horizon obliquus ĩ parteſ inæq̃leſ: ita q̃ in oĩbus circuliſ qui ſunt ab æquinoctiali uſq; ad tropicũ cãcri. & in ipſo tropico cãcri maior eſt arcus diei q̃ noctis. i. arcus

sup horizōtē q̄ sub horizōte. Vnde in toto tpe quo sol mouet a prīcipio arietis p cācrū usq; in finē uirginis maiorant dies supra noctes: & tāto plus q̄to magis accedit sol ad cācrū: & tāto minus q̄to magis recedit. Ecōuerso aūt se habet de diebus & noctibus: dū sol est ī signis australibus. In oībus aliis circulis quos sol describit īter æquinoctialē & tropicū capricorni maior est circulus sub horizōte & minor supra: unde arcus diei est minor q̄ arcus noctis. Et secūdū ꝓportionē arcuū minorant dies supra noctes: & q̄to circuli sunt ꝓpīquiores tropico hyemali tanto magis minorant dies. Vnde uidet ꝙ si sumant duo circuli æquidistātes ab æquinoctiali ex diuersis ptibus. q̄tus est arcus diei ī uno tātus ē arcus noctis in reliquo. Ex hoc sequi uidet ꝙ si duo dies naturales sumant in anno æq̄liter remoti ab alterutro æquinoctioꝝ in oppositis ptibus: q̄ta est dies artificialis unius: tāta ē nox alterius: & ecōuerso. Sed hoc est q̄tū ad uulgi sensibilitatē ī horizōtis fixione. Ratio. n. p adēptionē solis cōtra firmamētū in obliquitate zodiaci uerius diiudicat. Quāto quidē polus mūdi magis eleuat supra horizontē tāto maiores sunt dies æstatis quādo sol est ī signis septētrionalibus. Sed est ecōuerso quādo est ī signis australibus: tāto. n. magis minorant dies supra noctes. Notādū etiā ꝙ sex signa q̄ sunt a prīcipio cancri p librā usq; in finē sagittarii habēt ascēsiones suas in sphæra obliq̄ simul iūctas maiores ascēsionibus sex signoꝝ q̄ sunt a prīcipio capricorni p arietē usq; ad finē geminoꝝ. Vnde illa sex signa prius dicta dicūt recte oriri: ista uero sex oblique. Vnde Virgilius. Recta meāt: obliq̄ cadūt a sidere cācri. Donec finit chirō, sed cætera signa Nascunt ꝓno: descēdūt tramite recto. Et quādo est nobis maxīa dies ī æstate. s. sole existēte ī prīcipio cācri: tūc oriūtur de die sex signa directe oriētia: de nocte aūt sex obliq̄. Ecōuerso quādo nobis ē mīmus dies ī anno. s. sole existēte ī prīcipio capricorni: tūc de die oriūt sex signa obliq̄ oriētia: de nocte uero sex directe. Quādo āt sol ē ī alterutro pūctoꝝ æqnoctialiū: tūc de die oriūt tria signa directe oriētia: & tria obliq̄ & de nocte silr̄. Est. n. regula. q̄tūcūq; breuis uel ꝓlixa sit dies uel nox: sex signa oriūt de die: & sex de nocte: nec ꝑp ꝓlixitatē uel breuitatē diei uel noctis plura uel pauciora signa oriūt. Ex his colligit ꝙ cū hora naturalis sit spaciū tpis ī quo medietas signi poriť: ī q̄libet die artificiali: silr̄ & ī nocte sūt. xii. horæ naturales. In oībus aūt aliis circulis q sūt a latere æquinoctialis: uel ex pte australi: uel septētrionali: maiorant uel minorant dies uel noctes secūdū ꝙ plura uel pauciora de signis directe oriētibus: uel oblique de die uel de nocte oriunt.



DE figura cæli.

Cū enim signifer ad motū primi mobilis oī die naturali circūferat: accidit ut in oī pūcto tpis eiusdē figura cæli cōmutet, in q̄libet regione habitabili: cuius dies nō trāscēdet spaciū uigīti & q̄tuor horaꝝ. Necessariū. n. ē sicut cōtinuo alius & alius pūctus eclipticæ orit: ita alius & alius pūctus eius occidit: & alius & alius sit ī cir-

culo meridiano:& alius & alius in eodem ſub terra. Similiter neceſſariũ eſt de
pũctis æqnoctialis ſæli:& iã dictũ eſt ĩ tertio huius q̃ horizon & circulus meri/
dianus ſimul diuidũt ecliptícã & æq̃toré in q̃tuor q̃rtas:& nouiſti q̃ unaq̃q̃ q̃r
ta circuli eſt nonagĩta graduũ:erit ergo ĩ ꝓpoſito medietas zodiaci:& ſimiliter
æq̃toris ſup̃ horizonté & medietas ĩfra:& uocari ſolét cardines & anguli pũcta
zodiaci q̃ ſũt prĩcipia iſtarũ q̃tuor q̃rtarũ. Vnáquáq̃ earũ q̃rtarũ æqnoctialis cir/
culi diuidi uolũt in tres ꝑtes æquales:& erit q̃libet graduũ trigĩta:erũtq̃ ꝑtes in
totoduodecim:qbus duodecim ꝑtes zodiaci correſpõdét. Et iſta q̃ ſignifero ac/
cidũt uariis & pluribus a diuerſis expoſitoribus uocatæ ſunt noĩbus ut imagi/
nes:domicilia:habitacula:turres:burges:partes:hoſpitia:receptacula:loca:má/
ſiones:caſtra:& domus duodecim ĩ figura reuolutiõis cæli. Sed poſt Ptolæmeũ
cõmunis conſuetudo eſt appellare eos domos & ita nos uocabimus. Verũtamẽ
diuiſio ipſarũ tripharia legĩt in antiquis libris:& ſi oés ſapiẽtes in hocconueniri
uideanẽt:quoniã imaginati ſunt ſex circulos magnos ſup̃ duo pũcta oppoſita ſe
ſe ſecãtes:quorũ cõmunis diameter tẽdit ab auſtro uerſus ſeptẽtrionẽ: ꝓcedere
ꝑ pũcta duodecim diuiſionis ꝑfatæ in æquinoctiali unũquéq̃ ꝑ duo pũcta op/
poſita:ac totũ cælũ:ĩmo & totã mũdi machinã in duodecim partes diſtĩguere:
ita quicquid eſt in mũdo in aliqua iſtarũ duodecim partiũ uel domorũ eſſe con
cluditur. Sed aliqui extrema ipſius diametri ſuper quæ ipſi ſex circuli ſe ſecant
putauerũt eſſe polos zodiaci. Alii uero de quorũ numero fuerit abraã a ueneris
ſubtilis aſtronomus:qui in pluribus uidetur aduerſari Ptolæmeo:crediderunt
eſſe duo pũcta in quibus ſe ſecant horizon & meridianus:& hæ due opiniones
cõmuniter non tenẽtur. Alii fuerũt ut Ptolæmeus & plurimi philoſophorum
qui dicũt ea pũcta eſſe polos mũdi ſup̃ quos primus & regularis motus ſit qui
uarietatũ ipſorũ domorũ cauſa potiſſima exiſtit. Hanc opinionẽ credimus atq̃
moderni obſeruãt. Et in hoc caſu circulus horizon ut arbitrabaẽ abraã non eſt
ſemp unus ex ſex circulis cum nõ ſit ſemp horizon rectus:ſed utplurimũ obli/
quus. Et ſi bene notaueris hos circulos diuidẽtes:nõ ĩuenies ſemp ꝑfatas duo/
decim partes zodiaci æquales eſſe:ſed ſolum oppoſita ſibi inuicẽ æquari:ĩmo
nec ecliptícã in quatuor quartas diuidi uti æquinoctialis niſi certa hora diei ut
quãdo prĩcipia arietis & libræ decimæ ſphæræ fuerĩt in horizõte. Hec eſt ſen/
tẽtia ſapientũ ad quã multi nõ aduertũt. Obliquitas enim horizõtis eſt magna
cauſa ut tales inæqualitates domorũ contingant & aliã rationẽ intellexiſti in li/
bro tertio huius cũ de aſcẽſionibus ſignorũ loquutũ fuit. Poſtq̃ ergo diuiſus eſt
zodiacus in partes duodecim ſcire debes q̃ illa uocaẽ prima domus cuius initiũ
ĩcipit oriri & appellaẽ ab oĩbus horoſcopus uel aſcẽdẽs eo q̃ de ĩferiori ad ſupe
rius hemiſphæriũ ſcandit:& dicĩ etiam angulus & cardo & cuſpis oriẽtalis. Et
quæ ſuccedit ei ſub horizonte eſt ſecunda domus:poſt hũc tertia ſequitur quæ
ad angulũ noctis finitur: dehinc ſequitur quarta domus & qnta & ſexta & reli/
quæ ſecũdũ hũc ordinẽ uſq̃ ad duodecimã q̃æ ad principiũ oriẽtis terminaẽ.
Et quarta earum appellaẽ cardo & angulus & cuſpis medie noctis & imũ cæli:

& ſeptima angulus cardo & cuſpis occidentalis atq; deſcendens nã hæc ex oppo
ſito reſpicit aſcẽdentẽ & occidere incipit. Decima uero cuius principiũ ſp eſt i meri
diano dr angulus cardo & cuſpis meridiei & ãgulo noctis obiicit. Et cõſuetudo
eois eſt domos ſecũdã qntã octauã & undecimã q̃ ſequunt̃ pfatos q̃tuor angu
los uocare ſuccedẽtes: & ultimas q̃tuor q̃
ſunt tertia ſexta nona & duodecima ap
pellare cadẽtes. Sed qa ipi planetæ i iſtis
xii. domibus ſicut in ſignis ſcdm q̃ de ſi
gno in ſignũ uadũt capiũt uel pdũt uires
& ſignificatiões q̃ſdã ſup hũc mũdũ me
diũ: ſcdm q̃ unuſq̃ſq; i eé ſuo diſpoſitus
repit. Nõ minus qppe uolẽtes futura p
dicere p artem aſtrorũ: aut iterrogãtibus
reſpondere & dubia illucidare: ſiue aliqd
de nouo ĩchoare uel expimẽtorũ imagi
nes efficere huiuſmodi q̃ ad ipſius artis
effectũ ptinere putarũt: cõſiderãt hãc do
morũ diſpoſitionẽ ſiue figurã cæli cõtin
gẽtẽ & eẽ planetarũ & ſtellarũ fixarũ i eaq̃
ſigna zodiaci & eſſe illorũ i eiſdẽ. Nec ui
deť poſſe aliqd pficere aſtrologus q figu
rã domorũ ad horã nõ erexerit examina
ueritq;. Vna qdẽ ex clauibꝫ eé uideť & ra
dix ſciæ aſtrorũ: i natiuitatibꝫ: i egritudi
nibꝫ: i ſtatibꝫ regnorũ uel pricipũ: i fabri
cis: i bellis cõponẽdis: i negociatiõibꝫ & i
aliis reuolutõibꝫ tẽporũ faciẽdarũ rerũ at
q̃ pricipiis i qbus terapẽtica uel expiẽtia
aſtronomiæ uerſať. Sed quõ hæc figura
diſpõnis cæli ad oẽm horã hẽri poſſit &
planetarũ ſtatus nõ eſt pſentis idaginis. p
ſtrumẽta: tabulas quoq; atq; canones p
ticulares iueniũť magiſterii iudicioꝝ eorũ. Multiplr & ſi depĩgi ſoleat figura do
morũ i pſẽti tres cões explicabo. Quarũ pria eſt figuræ cæli ſimilior & ppria: re
liq̃ uero diſſimiles: ſed ſatiſſacere uidenť itẽtiõi & ſpeculatõi artificis. Pria eſt cũ
ſignauerimus duas piferias concentricas & circuſerimus marginẽ iterciuſũ i. xii.
ptes. Scda ſi q̃dratũ depĩgamus i quo crucem ſignemus: cuius extremorũ latitu
do tertiã ptẽ coſtæ q̃drati capiat ad quã terminať. Fit. n. hæc crux ex lineis ſe ſe
cãtibus diuidẽtibus totã areã q̃drati i nouẽ q̃drata: poſt hoc q̃drata q̃tuor eorũ
q̃ ſũt i ãgulis p diametros ad ãgulos maioris q̃drati occurrẽtes diuidamus: hẽbi
muſq; ptes. xii: circũſtãtes q̃drato medio q̃tuor q̃drata p cardinibꝫ & octo trã



gulos ꝑ reliqs domibꝫ. Tertio signato q̃drato iscribamus q̃dratũ scd̃m cuius an guli: q̃ silr̃ anguli figuræ cli uocant̃: ad media costaꝝ primi terminent̃ dextrũ si nistrũ sursũ atq; deorsũ: q̃tuor postea triãgulos ꝑcreatos ꝑ mediũ sepabimus: li neas rectas ducendo ab angulis primi q̃drati ad pũcta media costaꝝ scd̃i. Deide tertiũ q̃dratũ signemus ĩ scd̃o pariformiter ut scd̃s ĩ primo. Erũtq; formati. xii. triãguli circa q̃dratũ tertiũ q ꝑ. xii. domibꝫ habent̃. Et hãc figurã coĩter iuenies



d̃scriptã & frequẽtius obseruatã ĩ libris iu diciorꝝ. In unaq̃q; aũt istarũ triũ figurarũ pũctus oriẽtis statuit̃ a ꝑte sinistra ut ĩ fi gura circulari prĩcipiũ sit ibi ascẽdẽtis siue domus primæ. In scd̃a figura sit ĩ brachio crucis sinistra. In figura tertia sit ĩ angulo scd̃i q̃drati ex latera cõsilĩ. Voco sinistrã ꝑ tẽ figuræ a nobis aspectæ q̃ est a ꝑte nr̃a si nistra. Eritq; scd̃a domus ĩ q̃libet ip̃aꝝ ꝑti cula ĩferior sequens & reliq̃ scd̃m ordinẽ. Et a pr̃ia usq; ad finẽ sextæ ĩtelligunt̃ esse ĩ hemisphærio ĩferiori: & a septĩa usq; ad fi nẽ duodecime ĩ hemisphærio supiori. In uentis q̃dẽ prĩcipiis ip̃aꝝ domorꝝ & ueris locis plãetaꝝ & capitis & caude draconis ea in his ꝑticulis locãt sapientes iudiciorꝝ astrorꝝ: & habẽt ꝑ figura cæli & tꝑe rei cu ius cãm ĩ medio spacii denotãt. Horꝝ ue ro exempla in margine respicias.

DE diuersitate dieꝝ & noctium quæ sit habitãtibus ĩ diuersis locis terræ.

Notãdũ aũt ꝙ illis quorꝝ zenith est ĩ æqno ctiali circulo sol bis ĩ ãno trãsit ꝑ zenith ca pitis eorꝝ. s. quãdo est ĩ prĩcipio arietis uel ĩ prĩcipio libræ: & tũc st̃ illis duo alta solsti tia: quoniã sol directe transit supra capita eorꝝ. Sũt iterꝝ illis duo ima solstitia: quãdo sol est ĩ primis pũctis cãcri & capricorni & dicũt̃ ima: qa tũc sol maxĩe remouet̃ a zẽith capitis eorꝝ. Vnde ex p̃dcis patet: cũ sp̃ hẽant æqnoctiũ ꝙ ĩ ãno q̃tuor hẽbũt solstitia: duo alta & duo ima. Patet ẽt ꝙ duas habẽt æstates: sole. s. existente ĩ alterutro pũctorꝝ æqnoctialiũ: uel ꝓpe. Du as etiã habent hyemes. s. sole existente ĩ primis pũctis cãcri & capricorni uel ꝓ pe. Et hoc est qd̃ dicit Alfraganus ꝙ æstas & hyems. s. nostræ sunt illis unius & eiusdem cõplexionis: quoniã duo tempora quæ sunt nobis æstas & hyems sũt illis duæ hyemes. Vnde ex illis uersibꝫ Lucani patet expositio. Deprensũ est hũc

eē locū quo circulus alti Solstitii mediū signoꝝ ꝑcutit orbē. Ibi.n.appellat Lucanus circulū alti solstitii æqnoctialē: ī quo cōtigūt duo alta solstitia sub æqnoctialiexistētibus. Orbē signoꝝ appellāt zodiacū: quē mediū.i.mediatū hoc est diuisum ī duo media æqnoctialis ꝑcutit.i.diuidit. Illis etiā ī anno cōtigit hr̄e q̄tuor umbras. Cum.n.sol sit ī alterutro pūctoꝝ æqnoctialiū tūc ī mane iacit umbra eoꝝ uersus occidentē: in uespere uero ecōuerso. In meridie uero est illis umbra ꝑpēdicularis cū sol sit supra caput eoꝝ. Cū aūt sol est in signis septētrionalibus tūc iacit umbra eoꝝ uersus austrū. Quādo est in australibus tūc iacit uersus septētrionē. Illis aūt oriunt & occidūt stellæ q̄ sūt iuxta polos q̄ nobis nunq̄ occidūt sicut & q̄busdā aliis habitātibus circa æqnoctialem. Vnde Lucanus sic inqt. Tūc furor extremus mouit romanus horestas. Carmenosq; duces: quoꝝ iā flexus in austrū Aether nō totā mergi tamē aspicit arctō. Lucet & exigua uelox ibi nocte boetes. Ergo mergit & paꝝ lucet. Itē Ouidius de eadē stella. Tīgit oceano custos erimathidos ursæ. Aequoreasq; suo sidere turbat aq̄s. Ergo occidit secūdū rectā sphærā. In situ aūt nr̄o nūq̄ occidūt illæ stellæ. Vnde Virgilius. Hic uertex nobis sp̄ sublimis: at illū Sub pedibꝫ styx atra uidēt manesq; ꝓfūdi. & Lucanus. Axis īocciduus gemīa clarissimus arctō. Itē Virgi. ī georgicis sic īqt. Arctos oceāi metuētes æquore mergi. Quoꝝ zēith ē īter æqnoctialē & tropicū cācri. Illis aūt quoꝝ zenith ē īter æqnoctialē & tropicū cācri cōtigit bis ī āno ꝙ sol trāsit ꝑ zenith capitis eoꝝ qđ sic patet. Intelligāt circulus paralellus æqnoctialis trāsiēs ꝑ zenith capitis eoꝝ: ille circulus ītersecabit zodiacū ī duobus locis æqdistātibus a prīcipio cācri: Sol igit existēs ī illis duobus pūctis trāsit bis ꝑ zenith capitis eoꝝ. Vnde duas habēt æstates: & duas hyemes: q̄tuor solstitia: & q̄tuor umbras sicut existētes sub æqnoctiali. Et ī tali situ dicūt qdā Arabiā eē. Vnde Lucanus loqués de arabibus ueniētibus Romā in auxiliū Pōpeio dicit. Ignotū uobis arabes uenistis ī orbē: Vmbras mirati nemoꝝ nō ire sinistras. Quoniā ī ꝑtibus suis ī aliq̄ die & in aliq̄ ꝑte anni quādoq; erāt illis umbræ dextræ: quādoq; sinistræ: quādoq; ꝑpēdiculares: quādoq; oriētales: quādoq; occidētales. Sed quādo uenerūt Romā circa tropicū cācri tūc semꝑ habebant umbras septentrionales.

Quoꝝ zēith ē ī tropico cācri Illis siqdē quoꝝ zenith ē ī tropico cācri cōtigit ꝙ semel in āno trāsit sol ꝑ zenith capitis eoꝝ. s. quādo est ī primo pūcto cancri: & tūc in una hora diei unius totius anni ē illis ūbra ꝑpēdicularis. In tali situ dr̄ eē syene cītas. Vnde Lucanus. ūbras nusq̄ flectēte syene hoc ītellige ī meridie unius diei: & ꝑ residuū totius āni iacit illis umbra septētriōalis.

Vmbra perpendicularis.

Quorum zenith est inter tropicum cancri & circulum arcticum.

Illis uero quorꝝ zenith est ĩter tropicũ cãcri:& circulũ arcticũ cõtigit ꝙ sol ĩ sempiternũ nõ trãsit ꝑ zenith capitis eorꝝ:& illis semꝑ iacit umbra uersus septẽtrionẽ. Talis est situs noster. Notãdũ etiã ꝙ æthiopia uel aliq̃ pars eius est circa tropicũ cãcri. Vnde Lucanus. Aetiopũq; solũ quod nõ ꝑmeret ab ulla Signiferi regione poli:nisi poplite lapso Vltima curuati ꝓtẽderet ungula tauri. Dicũt.n.q̃dã ꝙ ibi sumit signũ æquoce ꝓ duodecima parte zodiaci:& ꝓ forma aĩalis:qđ secũdũ maiorẽ partẽ sui est ĩ signo qđ denoĩat. Vnde taurus cũ sit ĩ zodiaco secũdũ maiorẽ sui partẽ:tamẽ extẽdit pedẽ suũ ultra tropicũ cãcri:& ita ꝑmit æthiopiã:licet nulla pars zodiaci ꝑmat ea. Si.n.pes tauri de quo loquit auctor extenderet uersus æqnoctialẽ:& esset ĩ directo arietis:uel alterius signi:tunc ꝑmeret ab ariete uel uirgine:& aliis signis:quod patet ꝑ circulũ eqnoctialẽ paralellũ circũductũ ꝑ zenith capitis ipsorꝝ æthiopũ:& arietem & uirginẽ uel alia signa. Sed cũ rõ phisica huic cõtrarieť:nõ.n.ita essent denigrati si in temperata nascerent habitabili:dicendũ ꝙ illa pars æthiopiæ:de qua loqtur Lucanus: est sub æquinoctiali circulo:& ꝙ pes tauri de quo loquit extendit uersus æqnoctialẽ. Sed distiguit tũc ĩ signa cardinalia & regiones. Nã signa cardinalia dicũtur duo signa ĩ qbus cõtingũt solstitia:& duo ĩ qbus cõtingũt æqnoctia. Regiones aũt appellãtur signa ĩtermedia. Et secũdũ hoc patet ꝙ cũ æthiopia sit sub æqnoctiali nõ ꝑmit ab aliqua regione:sed a duobus signis tãtũ cardinalibus.s.ariete & libra.

Quorum zenith est in circulo arctico.

Illis aũt quorꝝ zenith est ĩ circulo arctico cõtigit ĩ quolibet die & tꝑe anni ꝙ zenith capitis eorꝝ est idem cũ polo zodiaci & tunc habent zodiacũ siue eclipticã pro horizonte. Et hoc est quod dicit Alfraganus ꝙ ibi circulus zodiaci flectitur supra circulũ hemisphærii. Sed cum firmamentũ continue moueatur circulus horizontis intersecabit zodiacũ in ĩstanti:& cum sint maximi circuli in sphæra ĩtersecabunt se ĩ partes æquales. Vnde statim medietas una zodiaci emergit supra horizontem & reliqua deprimitur sub horizonte subito:& hoc est quod dicit Alfraganus ꝙ ibi occidunt repente sex signa:& reliqua sex oriuntur cũ toto æquinoctiali. Cũ aũt ecliptica sit horizõ illorꝝ:erit tropicus cãcri totus supra horizõta:& totus tropicus capricorni sub horizõte:& sic sole existente ĩ primo pũcto cãcri erit illis una dies uigĩtiquatuor horarũ:& quasi ĩstans ꝓ nocte.quia in ĩstãti sol trãsit horizõta:& statim emergit supra horizontem:& ille cõtactus est illis ꝓ nocte. Econuerso cõtingit illis sole existente in primo puncto capricorni. Est enim tunc illis una nox uigintiquatuor horarũ:& quasi instans ꝓ die.

Quorum zenith est inter circulum arcticum & polum mundi.

Illis autem quorũ zenith est inter circulũ arcticum & polũ mundi arcticũ contingit ꝙ horizon illorũ intersecat zodiacũ in duobus punctis æquidistantibus a principio cancri:& in reuolutione firmamenti contingit ꝙ illa portio zodiaci intercepta semper relinquitur supra horizontem. Vnde patet ꝙ quãdiu sol est in una portione intercepta erit unus dies cõtinuus sine nocte.ergo si illa portio

fuerit ad ꝗtitatē ſigni unius erit ibi dies cōtinuus unius mēſis ſine nocte: ſi ad ꝗ/ titatē duoꝝ ſignoꝝ erit duoꝝ menſiū: & ita deiceps. Itē contigit eiſdē ꝙ portio zodiaci itercepta ab illis duobus pūctis æqdiſtātibus a principio capricorni ſemꝑ reliquit ſub horizōte: unde cū ſol eſt i illa portione itercepta: erit una nox cōti/ nua ſine die breuis uel magna ſecūdū ꝗtitatē iterceptæ portionis. Signa aūt re/ liqua quæ eis oriunt & occidūt: ꝓpoſtere oriunt & occidūt. Oriunt præpoſtere ſicut taurus ante arietē: aries ante piſces: piſces ante aquariū: cū econuerſo debe/ rēt oriri. ſ. aries ante thaurū: ſed tamē recte occidūt. Et tamē ſigna his oppoſita oriunt recto ordine: & occidūt ꝓpoſtere: ut ſcorpius ante librā: libra ante uirgi/ nē: & tamē ſigna his oppoſita occidūt directe. illa. ſ. ꝙ oriebāt ꝓpoſtere: ut taurus.

¶ Quorum zenith eſt in polo arctico.

ſcribunt in tabulis ſunt æquationes ac ſi ſemper fuiſſet centrꝫ epicycli in interſectiõe circuli æquãtis cũ deferẽte: & paulo iſerius. Quare oportet: inqt q; tria paria ſint minutorꝫ ꝓportiõaliũ ſcilicet minuta ꝓportõalia ad lõgitudinẽ lõgioré: & ſũt exceſſus lineæ exeũtis a cẽtro terræ ad cẽtrꝫ epicycli ipſo exiſtẽte i auge deferẽtis ad lineã exeũtẽ ab eodẽ centro terræ ad iterſectionẽ circulorꝫ: exceſſus dico diuiſus i. lx. ptes. Quid de his uerbis tibi uiſũ eſt? V. æq̃tiões argumentorꝫ i tabulis ſcriptæ nõ ſũt ad huiuſmodi iterſectionẽ circulorꝫ cõputatæ quẽadmodũ ipe dicit: uerꝫ potius ſcdm mentẽ Ptolæmei ad eũ ſitũ cẽtri epicycli ubi diſtãtia eius a cẽtro mũdi æq̃lis eſt ſemidiametro deferẽtis: quã ipe i. lx. æquas ptes more ſuo diuiſit. Nã ſi recte numeraueris æq̃tio argumẽti maxima quæ accidit centro epicycli exiſtẽte in ꝑdicta iterſectõe. xxi. gradus &. xxv. minuta nõ excedit: ea aũt quã habẽt tabulæ. xxii. gradus & duo minuta cõplectit. Dũ enĩ centrꝫ epicycli ab auge æquãtis medio curſu ſuo diſtat per gradus. lviii. & minuta. xx. fere: ipſũ cõſtituit in iterſectõe circulorꝫ deferẽtis & æquãtis. Tũc aũt diſtãtia eius a cẽtro mũdi habet partes. lxi. q̃les. lx. ſũt in ſemidiametro deferẽtis & iſup minuta. xxxvii. unius partis. Hæc oĩa q;ſcꝫ ſciam triãgulorꝫ planorꝫ habẽs facile cõfitebit. C. De minutis aũt ꝓportõalibus qd? V. Duplex peccat: partim qdẽ q; ipſa minuta ꝓportionalia p exceſſus lineaꝝ ueluti i aliis planetis: nõ æq̃tionũ argumẽti maximaꝝ ſiue relatiuaꝝ cõſiderat: partim uero q; ſitũ epicycli in iterſectõe ſupra memorata i hiſce minutis ꝓportiõalibus extrahẽdis obſeruat: cũ i eo ſitu potius ſtatuẽdus ſit epicyclus ubi a cẽtro mũdi. lx. memoratis ptibus remouet. & ad æq̃tiões argumẽtorꝫ ibi cõtigẽtes referẽdæ ſint binæ æq̃tiões: quæ i maxima & minima cẽtri epicycli a cẽtro mũdi diſtãtiis accidere ſolẽt. Sed hæc i breuiario nro abũdius explanata ſũt. Quo aũt pacto triplicia minuta ꝓportõalia Mercuriũ hre itelligẽdũ ſit Georgius meus Purbachius i theoricis ſuis luculẽtiſſime docuit. Sed ſatis iã circa Mercuriũ luſiſſe uidemur. Núculterius pcedẽdũ cẽſeo. C. Sane illud præterire nõ libet quod paulo iſerius ſentire uidet: tres lineas æqdiſtare: q̃rꝫ una q; dẽ ex cẽtro eccẽtrici Solis p centrꝫ Solis: alia uero a cẽtro æquãtis Veneris p cẽtrꝫ epicycli ſui icedit: tertia aũt quã uocãt lineã mẽdii motus. Illud enim nõ niſi bis i anno ſolari accidere ex his quæ ad Mercuriũ ſupius diſſeruiſti cõcludit. V. Recte qdẽ. Ad ſequẽtia demũ legẽda aĩum adhibe. C. Plana uident oĩa. V. An illud ſilentio prætereũdũ arbitraris? ubi Minuta caſus ĩquit dicunt minuta cæli quæ ptrãſit Luna a prĩcipio uſq; ad mediũ eclypſis: ſi nõ obſcurat tota & reliq̃. C. Hãc tu diffinitionẽ aſpnabere? Nunqd ꝓ ſuo qſq; arbitratu rẽ diffinire põt? V. Primis qdẽ artiũ traditoribus id facere licet: cõmentatoribus aũt ſiue ſeq̃cibus minime quinimo auctori primario & diffinitões ſuas cõformare debẽt & ſnias. C. Ptolæmeũ fortaſſe imitari debuit? V. Nõ mõ Ptolæmeũ: uerꝫ etiã alios q; minuta caſus diffiniũt ea quæ ptrãſit luna a prĩcipio uſq; ad mediũ eclipſis ſuperãdo Solẽ i eclipſi qdẽ pticulari: in eclipſi aũt uniuerſali ab initio eclipſis uſq; ad prĩcipiũ totalis obſcuratõis: ita q; minuta caſus ꝓtelligant eſſe exceſſus ille quo motus Lunæ uerus i tpe huiuſmodi ſupat motũ Solis uerꝫ: nõ ipe motus lunæ ſimplẽ. Hæc diſ-

finitio respondet menti Ptolæmei in sexto libro capitulo septimo magnæ com
positōis suæ. Sed & ī oībus tabulis talia scribunt minuta casus. Quāobrē ad ha
bēdū tps: expositorēs tabulaq; monent ipa minuta casus diuidi p supationē Lu
næ uerā ī una hora: aut eisdē addi duodecimā sui ptē & collectū diuidi p motū
Lunæ ueq; ī hora: quoq; neutrū bene peciperet si minuta casus iuxta huius uiri
sniam diffinerent. C. Satis mihi psuasū est: neq; alī sentiēdū esse arbitror de mi
nutis dimidiæ moræ qn p supationē nō p motū Lunæ itegrū diffiniēda sint: at
q; iccirco seqnte lram cēseo negligēdā: ubi & pp hoc ingt si ista minuta diuidant
p motū Lunæ æqlē ī una hora: ueniet tps ī quo Luna ptrāsit ista minuta. V. Re
cte putas. Nā & si p diuisionē huiusmodi exeat tps ī quo Luna pcurrit ipa minu
ta: nō tamē illud est tps casus aut dimidiæ moræ: sed oportebit minuta huius
modi diuidi p supationē Lunæ ī hora, quēadmodū supra monuimus. Iā pficis
camur ocius hora monet: atq; res illas leues missas faciamus. C. Vis ad latitudi
nes planetaq; trāseā? V. Perplacet: hoc legas primū. C. Et si iquit accipimus decli
nationē gradus orbis signoq; ī quo est Luna, & ī eadē hora accipimus latitudinē
Lunæ ab orbe signoq; .s. a uia solis: & si fuerint ambæ: declinatio. s. & latitudo se
ptētrionales: uel ambæ meridionales: iūgemus utrāq;: & eueniet declinatio Lu
næ ab æqnoctiali: & si fuerīt diuersæ: subtrahemus minorē de maiori. Silr ī aliis
planetis iueniē declinatio. V. Quis obsecro hæc feret æquo aīo? Cū latitudo q
dē sit arcus circuli magni trāsēūtis p polos ecliptice: cētro astri atq; ipa ecliptica
iterceptus. Declinatio aūt ī circulo magno p polos æqnoctialis & cētq; stellæ ice
dēte cōsiderat: est. n. arcus memorati circuli cētro stellæ & ipo æqnoctiali iterce
ptus. Hi aūt duo circuli sp sūt diuersi: pterq; astro ī capite cācri aut capricorni exi
stente: tūc nāq; cōueninut dicti circuli: doctrinaq; huius uiri locū hēt: alibi aūt si
posueris stellā declinatio ueri loci eius cū ipsa stellæ latitudine si quā hēat sp cō
curret ad āgulū. Quāobrē ex cōgerie declinatōis & latitudinis p̄dictaq; nō cōfla
bit arcus unus cōtinuus: unde quoq; alteq; ex altero demi ut declinatio stellæ re
liquat friuole q̄piā putabit. Quæ oīa si opus esset figuratōe sua aptius declarari
posset. C. Omitte figurationē: pspicua. n. tua ē argumētatio. Ad reliq̄ huius capi
tuli te trāsferto. Sed hoc unū sæpe admiror tabulas biptialis & q̄dripartialis nu
meri ita abolitas esse ī qbus tamē bonus ille uir oēm huius capituli cōsumit ser
monē. V. Nō temere tabulas illas aspnant docti astronomi: quādoqdē a ueritate
plurimū absūt: qd plane cōstabit si latitudines illīcelicitas cōseremus ad eas q̄ p
tabulas Ptolæmei numerant. Sed redeamus ad lram. Inter cætera de tabulis lati
tudinū ait iste: & latitudo q̄ scribit ī tabulis binarii est distātia ptiū circūferētiæ
epicycli a circūferētia eccētrici: distātia dico cōputata uersus uiā solis. C. Quid ibi
notādū cēses? V. Si ita eēt: oporteret cētq; planetæ nunq̄ repiri ī supficie eccētrici:
Nā apud oē argumentū æq̄tū ī tabula biptialis numeri aliqs ponit numerus: q:
ut ipe sētit: distātiā plānetæ ab eccētrico denotat. C. Hoc nimiq; seqret. V. Alia de
mū audi uerba eius: Inclinat āt epicyclus ab eccētrico: ita q; sp erit plāeta ī ter ecli
ptica & cētq; epicycli: nisi cū centq; epicycli sit ī capite uel cauda draconis: tūc enī

epicyclus est directus in eccentrico. Quid tibi uidet? C. Quū cētro epicycli semp sit in supficie eccentrici seqt planeta semp esse iter duas planicies ecliptice & eccētrici. V. Illud aūt absentaneū est. Nā i tribus supioribus supficies epicycli semp secat supficiē planā eccentrici: ita q̄ ps eius supior qdē augē epicycli cōtinens iter eccentrici & ecliptice duas supficies cōprehēdit: reliq̄ uēro ps supficiei epicycli plus ab ecliptica remouet q̄ ipa eccētrici supficies. Vnde plānetā quoq; i hac iferiori pte epicycli existentē plus ab ecliptica q̄ ipsū eccētricū remoueri: atq; iccirco nō iter ecliptica & supficiē eccētrici repiri necē. Illud deniq; falso affirmat cētro epicycli i capite uel cauda draconis existēte: supficiē eius directe i supficie eccētrici iacere. Sic.n. cētro epicycli i altero nodoꝝ cōstituto planeta extra augē uerā epicycli sui uel oppositū augis existēs semp latitudinē ab ecliptica sortiret: qd̄ pfcō falsū est. Nā teste Ptolæmeo dū epicyclus i altero nodoꝝ existit nulla planetæ accidit latitudo ubicūq; etiā i epicyclo fuerit: quāobrē totā epicycli supficiē i plano ecliptice: nō eccētrici: iacere necesse est: cētro epicycli i altero nodoꝝ existēte. Sed qd tātope deliramenta huius hois tractamus? C. Seqntia igit eius placita uideamus. Et quādo inqt planeta est i auge epicycli tūc maxime declinat a uia Solis: q̄re tūc maxima latitudo repit i tabula. V. Nugæ. Nā maior est latitudo cuiuslibet triū supioꝝ dū i oppositō augis epicycli existit q̄ in ipa auge. Idē quoq; ueneri & mercurio semp accidit præterq̄ cētro epicycli i uētre draconis existēte: ibi.n. aux epicycli & oppositū eius æq̄les planetæ tribuunt latitudines Ptolæmeo hæc oīa explanāte. C. Quō igit i pricipio tabulæ binarii maior reperit numerus q̄ i fine? q̄si maior accidat planetæ latitudo in auge epicycli cōstituto q̄ in eius oppositō: pricipiū.n. tabulæ augi: finis aūt oppositō augis respōdere phibet. V. Numeri q̄ i hac tabula scribunt o amice nō sunt ueraꝝ latitudinū quēadmodū & ille paulo iferius asseuerabat. Sed officiū huiuscemodi numeroꝝ secūdū mentē Azarchelis est diuidere alios & latitudinē ipsā elicere. Si aūt diuiseris eūdē numeꝝ p duos iæq̄les: maior qdē minoré elicit numeꝝ quotiēs: minor aūt maioré: quod ex uigesimaseptimi elemētoꝝ facile cōuincit. Sic maior numerus i capite tabulæ bipartialis numeri oblatus: minoré reddet latitudinē q̄ minor i fine eiusdē. C. Certioré me reddidisti: nihil i hoc capitulo latitudinū aliud q̄ ineptias apparere & q̄ dē itolerabiles. Verūtamē: si iubes: seqntē eius lrām pnūciabo. V. Perge ut lubet. C. Et latitudo quæ scribit i tabulis q̄ternarii est distātia circūferentiæ eccētrici a uia Solis: quæ distātia est paruula cū est ppe nodos: & maxima cū i remotis locis a nodo p tria signa. V. Nō obtūdas amplius. Nā i fine huiusce tabulæ q̄dripartialis numeri Saturnus hēt gradus qnq;: & iō ut̄ter draconis eius distās a nodo p q̄drātē circuli: qnq; gradibus ab ecliptica remouebit. Quāobrē Saturnus i oppositō augis epicycli existēs epicyclo uentrē draconis possidēte hēbit latitudinē maioré qnq; gradibus: quod est falsū: maxima.n. eius latitudo gradus tres & minuta q̄tuor nō excedit. C. Ergo nūmeri q scribunt i tabulis nō sunt ueraꝝ latitudinū: siqdē nō ostēdūt distātiā partiū circūferētiæ eccentrici ab ecliptica: neq; distātiā partiū circūferentiæ epicycli ab ipa supficiæ eccentrici. V. Recte cōcludis. Ipse

etiã theoricaꝝ scriptor paulo ĩferius. Cõpositor aũt inqt tabulaꝝ ad ostensionẽ sui magisterii noluit ponere ueros numeros prædictaꝝ latitudinũ ĩ qbus unus subtrahit ab altera semp: & reliq̃. Vbi cõfitet apte numeros ueraꝝ latitudinũ in tabulis cõmemoratis nõ esse descriptos. C. Homo ille uidet extollere ĩgeniũ cõpositoris tabulaꝝ: q̃si opus egregiũ ad latitudines planetaꝝ cõputãdas ediderit Quid igr̃ obstat cũ recẽtiores sideralis sciæ studiosi ipsis nõ utunt? V. Quid obstat quæris? Auctoritas Ptolæmei nr̃i ueracissimi: q ĩ libro suo ultimo maximã Saturno numerauit latitudinẽ triũ graduũ & q̃tuor minutoꝝ: ꝑ tabulas ãt memoratas maximã Saturni latitudinẽ oportet eẽ graduũ q̃tuor & minutoꝝ decẽ septem fere. Ioui deniq; Ptolæmeus tribuit latitudinẽ maximã graduũ duoꝝ & minutoꝝ octo: q secũdũ has tabulas latitudinẽ accipiet maximã graduũ triũ & q̃dragita unius minutoꝝ. Mars demũ tabulas dictas nõ ĩiuria aspnabit: qppe q Ptolæmeo affirmãte maximã latitudinẽ: borealẽ qdẽ hẽt graduũ q̃tuor & minutoꝝ uigĩtiunius: australẽ uero graduũ. vii. & minutoꝝ. xxx. Ex hisce aũt tabulis æq̃lẽ hic atq; illic ab ecliptica remotionẽ suscipiet. Sed neq; Venus & Mercurius calũniã suã reticebũt: Nã dũ cẽtꝝ epicycli est ĩ auge eccẽtrici: & Venus ipã ĩ opposito augis epicycli p̃dictæ tabulæ latitudinẽ maiorẽ. xiii. gradibus exhibẽt: q̃tamẽ iuxta mentẽ Ptolæmei nõ erit pluriũ q̃. x. minutoꝝ. Mercurius uero ĩ simili circuloꝝ suoꝝ situ ꝑ tabulas qdẽ sæpe dictas hẽbit latitudinẽ maiorẽ. ix. gradibus. In ueritate aũt. xlv. dũtaxat minutis a uia Solis recedet. Hec inq̃ ponẽdo duos nodos æq̃lr̃ a uẽtre draconis distare quẽadmodũ oẽs opinant astronomi. Sic morosus illæ tabulaꝝ cõpositor Ptolæmeũ neglexit ueracissimũ: quẽ Albategnius pater oĩum q numeros tractãt tabulares imitari studuit. Dũ igit ab auctoribus recedẽs bonus iste uir nouã cõputãdi q̃rit facilitatẽ plurimas effũdit ĩeptias & qdẽ absurdissimas. Sed qd iteꝝ ĩ hæc deliramẽta ĩcidimus q̃ iã dudũ missa facere decretũ est: ad lr̃am denuo redeũdũ cẽseo. C. Quid uis legã? V. Quod seqt. C. Cũ uero cẽtꝝ epicycli est ĩ nodis nullæ sũt latitudines. tũc. n. directus est epicyclus ĩ eccẽtrico & centꝝ epicycli ĩ uia Solis. V. Iã dudũ illud uerbũ floccifecimus: nõ. n. tũc epicyclus ĩ eccẽtrici supficie iacere solet: sed ĩ plano eclipticæ testimonio Ptolæmei cõstituit. Veꝝ si nõdũ qescis: ostendã bonũ hũc uiꝝ sibi ipi haud q̃q̃ cõstare. Nã cẽtro epicycli ĩ nodis existẽte dicit nullas esse latitudines: cãm subiũgens q epicyclus tũc sit directus ĩ eccentrico. Quod si ita est: seqt oẽ epicycli pũctũ extra eclipticã repiri p̃terq̃ ea quæ sũt ĩ cõi sectõe epicycli & eclipticæ: sicut nullũ eccẽtrici pũctũ ĩ ecliptica est p̃ter ea q̃ ĩ cõi sectõe eccẽtrici & eclipticæ iacẽt. Quãobrẽ cẽtro epicycli ĩ altero nodoꝝ existente planeta nõ priuabit latitudine nisi ĩ auge epicycli aut eius opposito fuerit: hæc. n. duo loca sũt ĩ p̃dicta cõi sectõe. Sed uideamus qd dicat de motu capitis & caudæ draconis. C. Caput aũt ĩqt & cauda triũ supioꝝ ĩmobilia st̃ nisi ad motũ octauæ sphæræ. Caput aũt & cauda Veneris & Mercurii mouent tali ꝓportõe q uerus locus capitis utriusq; distat ab eis sp tãtũ q̃tũ & uerus locus capitis scriptus ĩ tabulaꝝ canone: distat a loco q fit ex medio motu Solis & argumẽto istoꝝ æq̃to. V. Fabulæ. Caput. n. & cauda Veneris

& Mercurii in ueritate non mouentur aliter q̃ capita & caude trium superiorũ: Ita oés sentiũt: cõpositor quoq; sæpe dictarũ tabularũ idé putasse uidet: quando qdé in canone suo loca capitũ uera pro Venere & Mercurio cõscribit tanq̃ ímo bilia. Secũdũ nugas aũt huius boni uiri caput Veneris tantũ ferme cõtra succes sioné signorũ q̃tũ stella ipsa in epicyclo respectu augis eius ueræ mouebit: dépta tamé ide aut addita nõnunq̃ ipsa æq̃tõe argumẽti. Quod q̃alienũ a ueritate exi stat neminem ignorare arbitror. Idé deniq; Mercurio accidere oportebit. Quo aũt illud seq oporteat in figura declarabit. Circulus. a.b.c. zodiacũ repræsentet: ubi. a. sit pricipiũ arietis. b. locus capitis Veneris: itelligaturq; linea medii motus Solis ad ipsũ. b. púctũ terminari dũ Venus ipsa in auge epicycli uera existit: quod qdé possibile est: cũ illi duo motus nõ habeãt æquales restitutões. Si itaq; colligi mus mediũ motũ solis qui est arcus. a. b. cũ argumẽto æquato ueneris: ut formã canonis seq̃mur licet nullũ sit in hoc casu tale argumẽtũ: nõ resultabit nisi arcus a. b. ex quo si detraxerimus uerũ motũ capitis: ni hil restabit: quãobrẽ stella erit i nodo capitis sci licet púcto. b. Deide trãsacto aliqto tpe pueniat linea medii motus solis ad punctũ. c. augé uide licet eccẽtrici ut facilior sit ꝓcessus: sitq; arcus. c. d. símilis argumẽto æquato Veneris. Si igit ex toto arcu. a. c. d. q cõstat ex medio solis motu & argumẽto Veneris æquato subtraxerimus arcũ a. b. capitis: relíquet arcus. b. d. æq̃lis distãtiæ ca pitis ab ipsa stella iuxta mentẽ huius uiri. Ponat itaq; stella secũdũ uerũ eius motũ in púcto. f. ita ut arcus. c. f. sit símilis æq̃tõi argumẽti: quæ qdé æq̃tio argumẽti necessario semp minor est ipõ argumẽto æquato: sitq; arcus. b. e. æqualis arcui. d. f. atq; iccirco per cõem animi cõceptioné arcus. f. b. e. æqualis arcui. b. f. d. oportebit igit caput draconis nũc eẽ in púcto. e. quod prius erat in. b. púcto. Caput ergo draconis Veneris motũ est cõ tra signorũ ordiné per arcũ. b. e. dríam scilicet argumẽti æquati & æquatõis eiusdé argumẽti: illud qđ idé in quarta parte anni solaris quod est icõueniens maxi mũ. Sed ne totũ teramus die in istis somniis anilibus: ad sequés capitulũ ꝓpere trãseamus. C. Ita faciundũ cẽseo. Vidistin obsecro aliquas ad Arim cõpositas ta bulas? V. Nullas unq̃ uidi: sint ne aũt an nõ icertus sum. C. Miradũ tot fuisse cõ positores tabularũ (ut asserit ille) ad Arim & nusq̃ earũ offẽdi exẽpla. V. Scio ego Ptolæmeũ qdé suas istituisse tabulas ad Alexádriã quæ nõ est sub æquinoctiali sita neq; media iter orienté & occidentẽ. Albategniũ aũt ad aratã ciuitaté: quéad modũ ex capitulo primo libri eius trahit. Sed neq; Arata ipsa in medio mũdi cõ sistit: cũ sit orientalior Alexãdria decẽ gradibus: latitudinéq; habeat ab æquiño ctiali graduũ trigitasex. C. Si placet audiamus opinioné huius hois de uarietate altitudinũ Solis in dorso astrolabii & in facie eius acceptarũ: ac insuper de motu



augis eius. V. Audiat. C. Quādiu iquit Sol fuerit in medietate eccētrici sui quæ maxime remouet a terra scilicet in lōgitudine longiori: magis eleuat allidada in dorso astrolabii in meridie q̄ gradus solis i ræi positus sup almicātarath i meridie: & ecōtra fit in alia medietate eccētrici: & in q̄cūq; die maior erit distātia iter has duas altitudines: i eadē erit Sol i auge eccētrici i medietate prima prædicta: qa q̄ta est distātia tā a est eccētricitas: & ē duoꝝ graduū fere. V. Desine desine oro tot huius hois pferre nugas. Nōne si astrolabiū rite factū fuerit: punctus ecliptice: rætis i quo Sol dr̄ eē tātū pportōalr̄ eleuat in linea meridiana istruméti: q̄tū & punctus ille cælestis q̄ p prædictū repsentat in meridiano habitatiōis. C. Quid ni. V. Cētr̄ aūt Solis est i linea recta qnæ ex cētro mūdi ad præfatū eclipticæ punctū extēdit. C. Cōfiteor. V. Oīa uero púcta eiusdē lineæ ex cētro horizōtis ad sublime egrediētis: eādē ab ipso horizōte sortiunt altitudinē cētro tātū horizōtis secluso. C. Certū est. Nā huiusmodi linea unicū cōplectit angulū cū sectōe cōi horizōtis & circuli altitudinis per ipsā memoratā lineā trāseūtis. V. Cētr̄ ergo Solis eā quā punctus eclipticæ cælestis sub quo existit habet altitudinē: atq; iccirco tāta est altitudo solis in ueritate q̄tā ostēdit punctus eclipticæ istrumetalis in linea meridiana. C. Nemo ificiabit. Quecūq; enim gni & eidē sunt æq̄lia iter se quoq; phibent æq̄lia. V. Sed i dorso astrolabii uera deprahēdit Solis altitudo: nisi q̄tū distātia cētroꝝ mūdi & istruméti: aut fractio radii solaris uariari pōt: quoꝝ alter qdē p nihilo reputāt philosophi q terra ad orbē Solis isensibilē ferme habeat magnitudinē: alterꝝ uero ppe isensibile esse certis ostēdit rōnibus. Quāobrē duas Solis altitudines i dorso & facie astrolabii deprahēsas isensibiliter differre: atq; ideo tanq̄ æquales haberi oportebit. C. Aperte deliratē hūc hoiem cōfutasti V. Quicquid igit litteræ suæ reliquū est: corruere oportet. Nā applicatio Solis ad augē eccētrici sui haud quaq̄ hoc cognoscet idicio: neq; eccētricitas inotescet: neq; motus augis in anno percipiet: quas res doctissimū arabē Albategniū hoc pacto animaduertisse somniat: astrolabio uidelicet tricubitali usū uel maiores q̄titatis. Sed nescio quē tumultū audire uideor. I obsecro uisū quid rei sit: ego interea si qua deiceps notāda sint q̄totius explorabo. C. Ibo ac lubens. V. Id pauculū quod de aspectibus planetaꝝ sonat tā & si paꝝ in usu sit hodie recte tradit: præsertim astro meridianū obtinēte: nā si in horizōte fuerit uel per ascēsiones obliquas uel per descensiones cæteri astronomi iubēt iuestigari aspectus. In locis aūt mediis per ascēsiones uel descēsiones pmiscuas id efficiūt. Sed redit amicus noster. Quid fit? quid agit? C. Cōcurrit undiq;: domini sunt abituri. V. Et nos igit cœpto ludo modū statuentes exéplo sequamur oportet. C. Quā cōmode tps illud nostris respōdebat colloquiis adeo ut nihil pene ītentatū reliq̄rimus cū nihil etiā amplius ocii supersit. V. Pleraq; remissius dicta silētio præteriuimus nō tanq̄ oīno pbata: sed uel facile moderāda: uel nō satis digna de quibus sermo haberet: quod & eo cōsultius facere libuit ne aliena quælibet dicta auidius mordere q̄ ueritatē iquirere uideremur. Iā reliquū ē suū utercq; larem fœlix reuisat. Saluus igitur sis amicoꝝ dulcissime. C. Et tu recte ualeto.

SOl habet tres orbes a se iuicē oīquaq; diuisos atq; sibi cōtiguos. Quorꝝ sup̄mus secūdū supficiē cōuexā est mūdo cōcētricus. scd̄m cōcauā āt eccētricus. Infimus uero scd̄m cōcauā cōcentricus: sed scd̄m cōuexā eccentricus. Tertius aūt in horꝝ medio locatus tā scd̄m supficiē suā cōuexā q̄ cōcauā est mūdo eccētricus. Dicit̄ aūt mūdo cōcētricus orbis cuius cētrꝝ est centrꝝ mūdi. Eccētricus uero cuius cētrꝝ ē aliud a cētro mūdi. Duo itaq; primi sūt eccētrici scd̄m qd: & uocāt̄ orbes augē solis deferētes. Ad motū enī eorꝝ aux solis uariat̄. Tertius uero ē eccētricus simplr̄: & uocat̄ orbis solē deferēs: ad motū enī eius corpus solare īfixum sibi mouet̄. Hi tres orbes duo cētra tenēt. Nā supficies cōuexa sup̄mi & cōcaua īfimi idē cētrꝝ habēt qd̄ est mūdi cētrꝝ. Vnde tota sphæra Solis sicut & alterius cuiuscūq; planetæ tota sphæra cōcētrica mūdo dr̄ eē. Sed supficies cōcaua sup̄mi atq; cōuexa īfimi una cū utrisq; superficiebus medii unū aliđ qđ cētrꝝ eccētrici dicit̄ habent.

Theorica orbium solis.

Mouent̄ āt orbes deferentes augē Solis ꝓpriis motibus ꝓportōalibꝫ: ita q̄ semper strictior pars superioris sit supra latiorem inferioris: & æque cito circūeunt secundum mutationem motus octauæ sphæræ: de quo posterius dicendum erit. Poli tamen huius motus sunt eclipticæ octauæ sphæræ. Aux enim eccentrici Solem deferentis in superficie

eiusdē eclipticæ cōtinue reuoluit. Sed orbis solare corpus deferens motu ꝓprio sup suo cētro. s. eccētrico regulariter secūdū successionē signoꝝ quottidie. lix. minutis & octo secūdis fere de ptibꝫ circūferētiæ p cētꝝ corpis solaris una reuolutione cōpleta descriptæ mouet. Cuius motus poll a pōlis prioꝝ orbiū distāt: & sūt termini axis illius orbis. s. lineæ eūtis p cētꝝ eccētrici axi orbiū augē deferentiū æqdistātis. Ex his apparet q ꝓp motū orbiū augē deferētiū quē habēt uirtute motus octauæ sphæræ: axis orbis Solē deferētis cū cētro circuli eccētrici atq; polis eiusdē circa axē orbiū augē deferētiū: p uoꝝ circulorū circūferētias describāt secundū eccētricitatis q̄titatē. Cū āt centꝝ solare ad motū orbis ipsū deferētis regulariter sup cētro eccētrici moueat: necesse erit ut sup quocūq; puncto alio irregulariter moueat.

Theorica axium & polorum.

Quare sol sup cētro mūdi i tpibus æq̄libꝫ iæq̄les águlos & de circūferētia zodiaci inæquales arcus describit. Circulus itaq; eccētricus uel egressæ cuspidis aut egrediētis cētri dr̄ circulus cuius cētꝝ ē aliud a cētro mūdi ipsū tamē abiēs. Imaginamur āt i sole eccētricū circulū p lineā a centro eccētrici usq; ad cētꝝ solare eūtē sup cētro eccētrici regulariter motā una reuolutōe fcā describi: q sp est ps superficiei eclipticæ orbis signoꝝ octauæ sphæræ. Aux solis i pria significatōe siue lōgitudo lōgior ē pūctus circūferētiæ eccentrici maxie a cētro mūdi remotus. Et determiat p lineā a cētro mūdi p cētꝝ eccētrici utriq; ductā: q̄ linea augis dr̄. Oppositū augis siue lōgitudo ꝓpior ē pūctus circūferētiæ eccētrici maxie cētro mūdi ꝓpiquus. & sp augi diametralī opponit. Lōgitudo media ē pūctus circūferētiæ iter augē & oppositū augis. Et i sole deter

minatur per lineam quæ a centro mundi exiens facit rectos angulos cum augis linea. Talia duo tantum in eodem eccentrico reperiuntur.

Linea medii motus Solis est linea a centro mundi ad zodiacum extenta lineæ a centro eccentrici ad centrum solare pertractæ æquidistãs. Hæ tamen duæ lineæ bis in anno sunt una ut cum Sol in auge eccentrici uel opposito fuerit. Sicut aũt una earum super centro suo regulariter uoluitur ita alia etiam super suo. Nam semper cum differunt una cũ augis linea æquales angulos faciunt. Medius motus Solis est arcus zodiaci ab ariete incipiens secũdum signorum successionem usq; ad lineã medii motus cõputatus. Aux solis ifi secunda significatiõe est arcus zodiaci ab ariete secundũ successionem signorũ usq; ad augis lineã. Argumentum solis est arcus zodiaci inter augis lineam & lineam medii motus Solis secundum signorũ successionẽ. Hic semper est similn arcui eccentrici iiſter augẽ eccẽtrici & centrũ solis secundum successionem cadẽti. Ex illo patet ratio q; Ibtracta auge Solis in secunda significatõe a solis motu medio aut ab eo cũ toto circulo: argumentũ Solis remaneat. Linea ueri motus Solis est linea a centro mũdi per centrũ corporis solaris ad zodiacũ extenta. Quãsole in ange uel oppositio existente eandem cum linea medii motus esse contingit. Verus motus Solis est arcus a principio arietis usq; ad ueri motus lineam. Tantum aũt existente Sole in auge uel oppositio medius motus & uerus idem sunt. Alibi nãq; semper differunt. Æquatio Solis est arcus zodiaci inter lineas medii motus &

Theoricæ linearum & motuum.





ueri cadens. Hanc nullam esse accidit cum sol in auge uel opposito fuerit. Maior uero quæ potest esse Sole in longitudinibus mediis constituto contingit. In aliis autem locis secundum argumenti uariationem crescit & decrescit. Quanto nanq; uicinior sol augi fuerit uel oppositi augis tanto minor est: quanto uero uicinior est longitudinibo mediis tanto maior. Dū argumētū minus sex signis communibus fuerit linea medii motus lineam ueri præcedit: quare tunc æquatio subtrahitur. Sed dum maius sex signis est fit econuerso: quare tunc æqtio medio motui coniugit ut uerus motus Solis exeat.

Theorica alia linearum & motuum solis sequitur.



DE luna.

Vna habet orbes quattuor & unam sphærulam. Primo enim habet tres orbes sicut sol in figuratione dispositos: scilicet duos eccentricos secundum quid: qui uocantur orbes augem eccentrici lunæ deferentes: & tertium eccentricum simpliciter in horum medio locatum qui deferens epicyclum appellatur. Deinde habet orbem mundo concentricum aggregatum ex tribus aliis ambientem: qui deferēs caput draconis dicitur. Vltimo habet sphærulam quæ uocatur epicyclus profundati orbis tertii immersam in quo quidem epicyclo corpus lunare figitur.

Mouent aūt deferētes augē eccentrici cōtra successionē signoꝝ simul regulariter sup cētro mūdi ultra motū diurnū ī die naturali gradibus.xi.&.xii.minutis fere. Et axis motus istius axē zodiaci ī cētro mūdi intersecat: unde & poli eius a polis zodiaci declināt: & q̄titas talis declinatiōis est qnq; graduū īuariabilis sp. Orbis uero epicyclū deferēs mouet secūdū successionē signoꝝ regulariter sup centro mūdi: ita ꝙ omni die naturali tali motu centꝝ epicycli.xiii.gradus &.xi.minuta fere perābulet. Axis tamē huius motus p cētꝝ huius orbis quod cētꝝ eccētrici dr̄ æqdistāter axi augē deferētiū mouet. Vnde ēt poli motus istius a polis orbiū augē deferētium distabūt secūdū eccētricitatis q̄titatē. Ex istis seqt Prīo: ꝙ q̄uis eccētricus epicyclū deferēs sup axe atque polis suis moueat: non tamē sup eisdē regulariter mouet. Secūdo q̄to epicyclus lunæ augi deferētis eū uicinior fuerit tāto uelocius centꝝ eius mouet: & q̄to uicinior augis eiusdē opposito tāto tardius. Signatis.n. aliqbus āgulis æq̄libus sup cētro mūdi uersus augē & oppositū: q uersus augē ē maiorē arcū eccētrici q̄ alter uersus oppositū cōplectit. Tertio centrū eccētrici lunæ circa cētꝝ mūdi & axis eiusdē orbis circa axē augē deferētiū: & poli eiusdē circa polos illoꝝ uoluūt regulariter: circūferētias cōtra successionē describēdo. Quarto aux eccētrici lunæ silr̄ cōtra successionē signoꝝ ꝓgrediēdo regulariter mouebit & eclipticā p̄teribit: unde quādoq; ī supficie eius: quādoq; uero ab ea: aut uersus austꝝ: aut uersus aqlonē repiet. Vnde fit ut ēt centꝝ eccētrici silr̄ a supficie eclipticæ ī partes oppositas quādoq; recedat. Quīto nō sp supficies eclipticæ supficiē eccētrici p æq̄lia secabit. Cū.n. aux eccētrici ī latitudi

Theorica orbium lunæ.

ne fuerit: maior portio ſupficiei eccẽtrici uerſus augẽ erit. Supficies nãq; eccẽtrici p ſupficiẽ eclipticæ i diametro eclipticæ p cẽtrũ mũdi tranſeũte ſecat. Vocat aũt ſupficies eccẽtrici circulus p lineã a cẽtro eccẽtrici uſq; ad cẽtrũ epicycli ptẽſã una reuolutiõe ſcã deſcriptus. Huius circũferẽtiæ ptes aux & oppoſitũ augis atq; lõgitudines mediæ ſicut i ſole uocant. Dicti uero orbes Lunæ i motu ſuo talẽ habẽt ad ſolis motũ ãnexionẽ: ut ſp linea medii motus ſolis ſit i medio iter cẽtrũ epicycli Lunæ & augẽ eccẽtrici eius uel ſimul cũ eis uel i oppoſito ãborũ ſimul exiſtẽtiũ



Ita q; in oi media Solis & Lunæ cõiũctiõe cẽtrũ epicycli lunæ & linea medii motus ſoliſ & aux eccẽtrici Lunæ ſint i uno pũcto zodiaci ſecudũ lõgitudinẽ. ẽ re fit ut i oibus q̃draturis medii eorũ: centrũ epicycli Lunæ ſit i oppoſito augis eccẽtrici ſui: & i oi oppõne media rurſus in auge. Vnde patet rõ cur medio motu Solis ſbtracto a medio lunæ: remaneat media eorũ elõgatio: & ea duplata cẽtrũ lũæ pũeiat. Diſtãtia nãq; lineæ medii motus Lunæ a linea medii motus Solis ſcdm ſucceſſionẽ ſignorũ media uocat eorũ elõgatio. Diſtãtia ãt lineæ medii motus Lunæ ab auge eccẽtrici ſcdm ſucceſſionẽ: cẽtrũ lunæ dr̃ uel lõgitudo duplex aut duplex iterſtitiũ. Patet etiã q; i oi meſe lunari cẽtrũ epicycli lunæ bis ptrãſit orbes augẽ eccẽtrici deferentes. Sed orbis q̃rtus cõcẽtricus caput draconis defrẽs mouet ſup axe zodiaci circa cẽtrũ mundi regulariter cõtra ſucceſſionẽ oi die naturali tribus minutis fere: ſecũ tali motu cõtinue aggregatũ ex tribus orbibus quos ambit circũducẽs. Vnde fit ut circũferẽtia eccẽtrici cõtinue ſupficiẽ eclipticæ ſecet & aliis pũctis eius uerſus occidẽtem interſecet. Seq; etiã ut tali motu poli augẽ deferentiũ circa polos zodiaci

mouendo piferias circulorꝝ describāt. Epicyclus āt circa centrꝝ suū corpus luna/
re sibi ifixū ī supiori pte cōtra successionē: ī iferiori scdm deferendo mouet sup
axe suo orthogonalr̄ sup piferiā eccētrici iacēte: ita ꝙ supficies plana circūferētiæ
epicycli: quā cētrꝝ corpis lunæ motu epicycli describit: ī supficie plana eccentrici
maneat nusq̄ ab eo declinās. Circūuoluit tamē epicyclus talr̄: ut sup cētro pprio
atq; axe irregulariter moueat. Sed hæc irregularitas ad uniformitatem reducit
istā: ut a puncto augis epicycli mediæ qcūq; sit ille: quolibet die naturali. xiii. gra/
dus & q̄tuor minuta fere recedēdo regulariter elōget. Aux aūt media epicycli ē
pūctus circūferētiæ epicycli quē ostēdit linea a pūcto diametralr̄ opposito cētro
eccētrici ī circulo puo p cētrꝝ epicycli ducta. Sed aux epicycli uera ē pūctus eiusdē
circūferētiæ quē linea a cētro mūdi p centrꝝ epicycli ducta īdicat. Hæ duæ auges
unus pūctus sūt: cū cētrꝝ epicycli ī auge deferētis uel opposito fuerit. Alibi āt ubi/
cūq; differūt. Ex istis patet ꝙ nullus idē pūctus cōcauitatis ī q̄ epicyclus situat: cō
tinue sup auge epicycli media siue uera maneat. Nā talis pūctus cōcauitatis q cen
tro epicycli existēte ī auge deferētis uel opposito sup auge media epicycli & uera
fuerit: sp ubicūq; cētrꝝ epicycli sit p lineā ductā a centro eccētrici p centrꝝ epicycli
determinat. Talis āt pūctus cētro epicycli alibi q̄ ī auge uel opposito existēte: nō ē
sup augē mediā epicycli neq; uera: imo tā aux uera q̄ media it tūc sub locis eiusdē
cōcauitatis aliis. Tres nāq; lineæ p̄dicta pūcta ostēdētes ī cētro epicycli tūc sese se/
cabūt. Erit tamē ita ut aux uera sp dū ab auge media differt sit īter augē mediā &
pūctū cōcauitatis sub quo aux uera dū cētrꝝ epicycli ī auge deferētis uel opposito
fuerit: eē solet. Quare seqt ut tā aux media epicycli q̄ uera cōtinue uarient. Infert
ex hoc etiā ꝙ reuolutio epicycli circa cētrꝝ suū cētro epicycli p supiorē eccentrici
medietatē discurrente sit uelocior: p iferiorē uero tardior. Linea itaq; medii mo
tus lunæ est q̄ a cētro mūdi usq; ad zodiacū p cētrꝝ epicycli ptrahit. Medius mo
tus lunæ est arcus zodiaci ab arietis initio usq; ad dictū locū. Cētrꝝ lunæ patet ex
dictis. Linea ueri loci siue ueri motus lunæ est q̄ a cētro mūdi p cētrꝝ corpis lunæ
ad zodiacū extēdit. Verus motus lunæ est arcus zodiaci a prīcipio arietis usq; ad
dictā lineā. Aeq̄tio cētri est arcus epicycli augē ip̄ius uerā & mediā ītercides. Hæc
nulla fit cētro epicycli ī auge eccētrici uel opposito existēte: maxima uero cū ipsū
fuerit modicū īfra lōgitudines medias deferētis. Argumētū lunæ mediū ē arcus
epicycli ab auge epicycli media scdm motū cētri corpis lunaris usq; ad idē centrꝝ
lunare cōputatus. Argumētū aūt uerꝝ ab auge uera usq; ad cētrꝝ corpis lunæ ptē
dit. Dr̄ia igit īter hæc argumēta quādo differūt est cētri æq̄tio. Cū uero cētrꝝ epi
cycli lunæ minus sex signis fuerit: maius est argumētū uerꝝ medio: iō æq̄tio cētri
argumēto medio adiicit. Sed cū plus sex signis fuerit fit ecōuerso: q̄re tūc subtra
hit ad habēdū uerꝝ argumētū. Aeq̄tio argumēti ē arcus zodiaci lineis medii mo
tus & ueri īteriacēs. Hāc nullā eē cōtīgit dū cētrꝝ corpis lunaris ī auge uera epicy/
cli uel opposito fuerit ubicūq; tūc sit cētrꝝ epicycli. Maxima uero dū centrꝝ epicy
cli ī opposito augis eccētrici fuerit & cū hoc Luna ī linea a centro mūdi ad piferiā
epicycli ducta cōtīgēter existēte. Dū aūt uerꝝ argumētū est minus sex signis: linea

medii motus lineam uer præcedit in signorum successione: ideo tunc æquatio argumenti a medio motu subtrahitur. Sed dum plus sex signis fuerit fit ecouersio: quare tunc coniungitur ut uerus motus eueniat.

Diuersificant tamen æqtiones eorundem argumentorum cetro epicycli ab auge deferentis ad oppositum eute: cotinue nunq maiorant secdm accessum cetri epicycli ad cetrum mundi. Vnde fit ut æqtiones singulorum argumentorum quæ cotingunt centro epicycli in opposito augis eccetrici existente: sint maiores singulis æqtionibus argumentorum quæ fiunt dum cetrum epicycli in auge eccetrici fuerit: relatiuas suis relatiuis coparando. Excessus aut harum super illas diuersitates diametri circuli breuis nucupant. Linea uero a cetro mundi ad augem deferentis protracta longior est linea ab eodem cetro ad oppositum augis extenta. Excessus aut illius super istam diuisus in .lx. particulas æqles minuta proportionalia dat: & duplus est ad eccetricitatem. Linea namq medii motus Lunæ q dirigit ad augem eccetrici: nulla de istis particulis extra piteriam eccetrici tenet sed oes intra. Ea uero q ad oppositum augis porrigit oes habet extra: nulla aut intra. Sed quæ ad alia loca eccentrici protendunt aliquot de illis habent extra tantoq plures qto uicinius centrum epicycli fuerit augis opposito: & tanto pauciores qto uicinius augi. Æqtiones aut argumentorum quæ scriptæ sunt in tabulis sunt quæ cotingunt dum centrum epicycli in auge deferentis fuerit. Sed illæ ut dictum est minores sunt eis quæ centro epicycli alibi costituto fiunt. Cum igit centrum epicycli alibi costituit: quod fit dum centrum Lunæ est aliqd: per centrum accipiunt in tabula minuta proportionalia: & per argumentum uerum accipit diuersitas diametri: quæ tota addit ad æquationem argumenti prius in tabula receptam:

Theorica linearum & motum.



si minuta proportionalia.lx.fuerint. Sed si minus fuerint:non tota additur sed aliqua eius portio talis qualia sunt minuta proportionalia respectu.lx.& tunc peueniet æquatio argumenti uera ad talem situm epicycli.

Theorica minutorum proportionalium lunæ.



Vpsi cies eccentrici Lunæ ut dictum est propter declinationem polorum orbiū augem deferétium superficiem ecliptice super diametro mūdi intersecat. Vnde una eius pars uersus aquilonem:altera uersus austrum ab ecliptica declinabit. Illa igitur intersectio circūferentiæ eccentrici lunæ cum superficie ecliptice in qua cum cētrum epicycli fuerit uersus aquilonem ire incipit:caput draconis nuncupatur:cauda uero reliqua. Mouentur autem hæ intersectiones quottidie ultra motum diurnum uersus occidentem tribus minutis fere:uirtute motus orbis aggregatum trium aliorum orbium Lunæ ambientis. Medius itaq; motus capitis draconis lunæ est arcus zodiaci a principio arietis contra successionem signorum usq; ad lineam a centro mūdi per sectionem capitis protractam numeratus. Verus autem motus capitis est arcus zodiaci ab arietis initio ad iam dictam lineam secundum successionem signoꝝ computatus. Similiter dici potest de cauda. Ex his manifestum est q; subtracto medio motu capitis a duodecim signis uerus eius motus remanet. Vnde commune dictum dicens Caput Lunæ tantum medio motu ire contra firmamentum quantum in ueritate uadat cum firmamento:ita intelligitur: medius

motus capitis Lunæ contra successionem signoꝝ in eum punctum protenditur in quem uerus secundum successionem signorum. DE tribus superioribus.

Theorica draconis lunæ



Quilibet triū superiorum sanio bes habet a se diuisos secūdū imaginationē triū orbiū Solis. In orbe tamē medio q eccētricus simplr̄ existit: qlibet hēt epicyclum in quo sicut in luna tactum est corpus planetæ figitur.

Orbes autem auges deferētes uirtute motus octauæ sphæræ sup axe & polis eclipticæ mouentur. Sed orbis epicyclū deferens sup axe suo axē zodiaci secāte scdm successionē signoꝝ mouet: & poli eius distāt a polis zodiaci distātia nō æqli. Quare fit ut auges eoꝝ eccentricoꝝ nunq̄ eclipticā ptrāseāt sed sp ab ea uersus aqlonē & opposita uersus austꝝ maneāt: ita ut auges. s. deferētiū epicyclos: silr̄ opposita atq; cētra & poli deferētiū eccētricoꝝ circūferētias supficiei eclipticæ uirtute motus octauæ sphæræ describāt æqdistātes: unde etiā ī illis supficies eccētricoꝝ a supficie eclipticæ iæqlr̄ secabunt: atq; maiores portōes uersus augē minores uersus oppositū relinq̄nt. Motus aūt epicyclū deferētis sup cētro & polis suis difformis ē. Hæc tamē difformitas hāc regularitatis hēt normā: ut cētꝝ epicycli sup quodā pūcto linea augis tātū a cētro huius orbis q̄tū hoc cētꝝ a cētro mūdi distat elōgato regulariter moueat. Vnde & pūctus ille cētꝝ æq̄tis dr̄: & circulus sup eo ad q̄titatē deferētis secū ī eadē supficie imaginatus eccentricus æquās appellat. Necessario igit̄ oppositū ei qd̄ ī Luna fiebat accidit ī istō ut. s. cētꝝ epicycli q̄to uicinius augi deferētis fuerit tāto tardius q̄to uero ꝓpiqis: opposito tāto uelocius moueat. Epicyclus uero duos hēt motus quoꝝ unus ꝑs

e iii est

in longitudinem: alter in latitudinem. De secundo dicendum erit postea. Motus aũt eius in lõgitudiné est quo mouet circa centr̃ suũ corpus planetæ sibi ifixũ in parte superiori scdm successiõné in iferiori ecõtra deferédo: unde per oppositũ i hoc se habet epicyclo Lunæ. Axis huius motus trãsuersalis sup circũferentiã iacet axi ecliptícæ æquidistãs quãdoq; quãdoq; nõ ut patebit: & est sup cétro epicycli irregularis. Hæc tamen irregularitas hãc habet regulã ut a puncto augis epicycli mediæ qcũq; sit corpus planetæ regulariter elõget. Silr igr in his sicut in luna sequi necesse est ut cõtinue aux media epicycli simul & uera uarient: atq; uelocitatem eé motũ reuolutõis epicycli super cétro suo p medietaté deferétis supiorẽ: tardioré aũt p iferiorẽ. Habet aũt epicycli reuolutio mẽsurã illã ut semel pcise in táto tpe q̃tũ est a media coniunctõe Solis & istius planetæ ad pximã sequẽtem reuoluat: ita ut in omni cõiunctiõe media tale cétr̃ corporis planetæ sit in auge media epicycli unde & in omni oppositõe tali media fiet in opposito augis epicycli. Fit igitur ut semp cétr̃ corporis planetæ tot gradibꝫ & minutis distet ab auge media epicycli: quot linea medii motus Solis distat a linea medii motus planetæ. Ergo subtracto medio motu planetæ de medio motu Solis necesse est ut argumentũ mediũ planetæ remaneat. Hic uidet accidere ut q̃to centr̃ epicycli planetæ tardius circuit: táto epicyclus eius uelocius reuoluit. Nã pp tarditatẽ talem cõiũctio media motus solis cũ eo citius reuertit. Medius ét motus cuiuscũq; triũ horr̃ aggregatus motui eius i suo epicyclo æq̃lis medio motui solis i gradibꝫ & miutis existit.

Theorica trium superiorum & ueneris.



Aux aũt media epicycli per lineã a centro æquãtis per centr̃ epicycli ptracta ostẽdit. Sed aux uera per lineã a centro mũdi pr̃ centr̃ epicycli inter has scdm lon-



De ♀ dicit

Quatuor motibus movetur epiciclus primo in longitudinem ab occidente versus orientem, in superiori parte planetam portans ab occasu in ortum secundum signorum successionem, in inferiori parte retrogradus ab oriente versus occidentem contra successionem. Secundus quo ad declinationem deferentis in latitudinem nunc ad ecliptica nunc ad eam declinat. Tertius quo per se a superficie plana deferentis planetam versus ecliptica vel ab eadem inclinat. Quartus quo per orientalis ad austrum nunc ad aquilonem reflectitur. Et hunc epicicli motum quod non omnibus intelligitur.

Axis primi motus polos suos versus austrum et aquilonem pertinet et axi ecliptice quinque equidistabit. Sic cum declinatio est nulla. Dum vero declinat epiciclus ab ecliptica hic axis ab una parte ab axi ecliptice elevatur et in altera ad eam descendit. Totus declinationis per axem non habet quia fit ad declinationem deferentis. Axis autem inclinationis sive declinationis axium motus longitudinis orthogonaliter secat. Et longitudinis medius epicicli transit ideo poli eius versus orientem et occidentem pertinent. Et per dum centrum epicicli et intersectionem deferentis et equantis fuerit hic axis superficiei ecliptice equidistabit. Axis vero reflexionis orthogonaliter per intersectionem

Sep
Polus Ecliptice
Aries
Meridi.

gitudinem epicycli nihil mediat cum centrum epicycli in auge deferentis uel opposito fuerit. Maxime uero differūt cū fuerit ꝓpe lōgitudines medias deferētis: quæ per lineā a centro eccentrici deferentis sup lineā augis orthogonalr̄ eductā determinant. Aux planetæ in secūda significatōe est arcus zodiaci ab ariete usq; ad lineā augis. Linea medii motus planetæ uel epicycli est quæ a centro mūdi ad zodiacū ꝓtrahit̄ lineæ exeūti a cētro æquātis ad cētꝝ epicycli æquidistās. Linea ueri motus epicycli est quæ exit a cētro mūdi ꝑ cētꝝ epicycli ad zodiacū. Linea ueri loci uel motus planetæ est quæ a cētro mūdi per cētꝝ corporis planetæ ad zodiacū ꝓtēdit̄.

Theorica axium & polorum.



Medius motus planetæ uel epicycli est arcus zodiaci ab initio arietis scdm successionē usq; ad lineā medii motus planetæ. Verus autē motus epicycli usq; ad lineā ueri motus epicycli. Sed uerus motus planetæ usq; ad lineā ueri motus planetæ computat̄. Cētꝝ mediū planetæ ē arcus zodiaci a linea augis ad lineā medii motus epicycli. Cētꝝ uerum aut æq̄tū a linea augis usq; ad lineā ueri motus epicycli numerat̄. Aeq̄tio cētri in zodiaco est arcus zodiaci īter lineā medii motus epicycli & lineā ueri motus eiusdē. Hæc nulla est cētro epicycli in auge deferētis uel opposito existēte. Maxima uerō dū in lōgitudinibus mediis fuerit. Cū aūt cētꝝ mediū minus ē sex signis ipsū maius ē uero: silr̄ medius motus planetæ maior est uero motu epicycli: q̄re tūc subtrahit̄ æq̄tio cētri ī zodiaco a cētro medio & etiā a medio motu epicycli ut cētꝝ uerꝝ & uerus motus epicycli remaneāt. Oppositū uero cōtigit dū cētꝝ mediū plus sex signis fuerit. Aeq̄tio cētri in epicyclo

Equatio centri

est arcus epicycli augem mediā & uerā eius īteriacēs. Hæc silr̄ nulla est dū centr̄ epicycli ī auge deferētis uel opposito fuerit: maxima aūt ī lōgitudine deferentis media. Qualis uero est ꝓportio æq̄tōis cētri ī zodiaco ad totū zodiacū: ea est æq̄tiōis cētri ī epicyclo ad totū epicyclū: eo ꝙ ꝓpter lineas æqdistātes āgulus unius æquet̄ angulo alterius. Igit̄ una eadē ī talibus accepta habet & reliq̄. Dū aūt æq̄tio cētri ī zodiaco a cētro medio minuit̄ ut uer̄ habeat̄ æq̄tio cētri ī epicyclo argumēto medio ꝓ uero habēdo iūgit̄: & ecōuerso quādo hæc adiūgit̄ altera subtrahit̄: alternatī. n. pariter sese excedūt atq; excedunt̄. Argumētū mediū planetæ est arcus epicycli ab auge media secundū motū eius ad cētrū corpis planetæ numeratus. Argumētū āt uer̄ ab auge uera computat̄. Aeq̄tio argumēti ē arcus zodiaci lineas ueri loci planetæ & ueri loci epicycli īteriacēs. Hæc sicut ī luna nulla est dū cētr̄ corpis planetæ ī auge uera epicycli uel opposito fuerit. Maxīa uero dū corpus planetæ fuerit ī linea a cētro mūdi ad circūferentiā epicycli cōtīgēter educta cētro epicycli in opposito augis deferētis existēte. Cū uero argumētū æq̄tū minus est sex signis linea ueri motus planetæ lineā ueri motus epicycli p̄cedit. Iō tūc æq̄tio argumēti ad uer̄ motū epicycli iūgit̄ ut uerus motus planetæ eueniat: ecōuerso cōtīgit dū plus sex signis fuerit. Accidit aūt æq̄tōes argumēti ī istis sicut ī luna ꝓpter accessū cētri epicycli ad centr̄ mūdi diuersificari. Vnde maiores sūt æq̄tōes singulor̄ argumētor̄ cētro epicycli existēte ī opposito augis deferētis q̄ eo existēte ī lōgitudinibus mediis eiusdē. Illic etiā maiores q̄ eo existēte ī auge deferētis: relatiuas semp suis relatiuis cōparādo. Excessus igit̄ æq̄tionū argumētor̄ quæ fiūt cē

Theorica linearum & motuum.



tro epicycli existẽte ī lõgitudine media deferẽtis sup æq̃tẽes cõtigẽtes dũ ī auge fuerit: diuersitates diametri lõgiores siue ad lõgitudinẽ longiorẽ appellant. Sed excessus eaꝝ q̃ fiũt cẽtro epicycli existẽte ī oppositio augis cõstituto sup cõtigẽtes ī lõgitudine media: diuersitates diametri ꝓpiores siue ad lõgitudinẽ ꝓpiorẽ nũcupant. Quia uero linea a cẽtro mũdi ad augẽ deferẽtis ꝓtensa lõgior est q̃ linea ab eodẽ cẽtro ad lõgitudinẽ mediã deferẽtis educta. Excessus aũt istius sup istã in lx. ꝓticulas q̃les diuisus: minuta ꝓportiõalia lõgiora siue ad lõgitudinẽ lõgiorẽ dr. Linea itaq; ueri motus epicycli dũ ī auge deferẽtis fuerit hẽt oẽs eas ītra deferẽtis ꝓferiã: sed in media lõgitudine nullam ītra: oẽs tamen extra. In locis aũt intermediis aliquot intra & aliquot extra: & de tãto plures intra q̃to fuerit centꝝ epicycli deferentis augi uicinius. Silr linea a cẽtro mũdi ad lõgitudinẽ deferẽtis mediã exẽsa lõgior est q̃ linea q̃ ab eodẽ centro ad oppositũ augis deferẽtis ducit. Excessus aũt huius sup illã in æq̃s lx. ꝓtes diuisus: minuta ꝓportiõalia ad lõgitudinẽ ꝓpiorẽ siue ꝓpiora uocãt. Linea itaque ueri motus epicycli dũ ī lõgitudine media fuerit nullã eaꝝ habet extra deferentis ꝓferiã: sed in augis oppositio oẽs. In locis aũt ītermediis tanto plures extra q̃to centꝝ epicycli augis oppositio fuerit ꝓpinqus. Aeq̃tiões aũt argumentoꝝ quæ scribunt in tabulis cõtingũt centro epicycli in lõgitudine deferentis media cõstituto. Sed hæ ut dictũ est maiores sunt his quæ fiũt dũ in auge fuerit: minores uero aliis in augis oppositio cõtingentibus. Cũ igit centꝝ epicycli extra lõgitudinẽ mediã deferentis fuerit: per centꝝ ueꝝ cognoscũt minuta ꝓportiõalia & per argumentũ accipit diuersitas diametri: longior quidem si minuta ꝓportionalia sint

Theorica minutorum proportionalium.



longiora: ꝓpior aũt ſi ꝓpiora: cuius diuerſitatis pars ꝓportionalis ſecundũ ꝓ/portionem minutoꝝ ꝓportionalium ad ſexaginta cũ æquatione argumenti in tabula reperta addenda eſt uel ab ea minuenda: addenda quidem ſi diuerſitas propior fuerit: minuenda uero ſi longior: & proueniet æquatio argumenti uera & æquata ad talem ſitum centri epicycli.

De Venere.

